
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
7 M
45

IO. GENESII SEPVLVEDAE
Cordubensis artium & theologiæ
doctoris de fato & libero arbitrio
libri tres. quo in opere dogma
nefariũ Martini Lutheri de
cunctaꝝ actionũ, euento
rũq; necessitate tũ natu
ralibus tũ theologi-
cis ratiõibus doctis
sime ac elegãtis-
sime confu
tatur.



Cornelio Francesi



Ad amplissimum Patrē & principē illustrissimum Ioannē Toletanū Epm Cordubeñ. Io. Genesii Sepuluedæ de fato & libero arbitrio Liber Primus.



Vanq̃ plena est mortalium vita plurimarum rerum ignorātia, ipsaq; philosophia cōplures habet quæstiones nōdum satis explicatas, nullam tamē esse puto, quæ tum veterum, tum recentiorum ingenia æq; torserit, & tam miserabiliter exercuerit, ac quęstio de fato, & eo quod est in nostra potestate, quod græci τὰ ἐφ᾽ ἡμῖν, nostrorum iuniores liberum arbitrium appellant. Nā licet nullam reperias aliā, quę plus ad morum institutionem pertineat, quę ve ad moderandam religionem sit magis necessaria, difficile tamen dictū est, quanta de ipsa fuerit tum doctorum, tum etiam indoctorum dissensio. Itaque non modo physici, qui dogmata sua rationibus a natura ductis, & consentieti sensu confirmant, dignissimam putauerunt, in qua vel in primis elaborarent, sed hii multo etiam magis, qui diuinas litteras tractant, & ob eam rem theologi nuncupantur. Sed cum multæ veterum philosophoꝝ cōtrouersię diuinis oraculis & Christianæ religionis beneficio diręptæ fuissent, quid

in quaq; verissimum sit constituto, abunde doctis simorum & insigni pietate virorum consentiente decreto effectum esse videbat, vt nemo iā magis posset de voluntate & arbitrii libertate, q̄ de mūdi primordio vel animorum immortalitate dubitare, nisi hoc temporis auctor omnis impietatis, & infamia nostri sęculi Martinus Lutherus extitisset, qui dū e mētibus hoīum religionē christianam omnēq; dei cultū nititur cunctis rationibus abolere, certissimā rem & principum tum philosophorum, tum theologoꝝ auctoritate confirmatam in dubium reuocare tentaret, tanto studio & contentione, vt de seruo arbitrio librum, qui ipsa statim inscriptionis insolentia simul auctoris temeritatem præferat, simul impiā arrogantiam, in Erasmum Roterodamum ediderit, cum hic de libero arbitrio librum docte & eleganter, ac perinde religiose conscripsisset, quo lutheranum hunc errorem, ac potius fraudem & maliciosam impietatē scienter ille quidem & peracute, sed iusto tn̄ modestius, ne dicā parcius & timidius insectatur. Qui si totam causam fuisset complexus, nec bonā partem intactam reliquisset, cōsuluisset vir eloquens & eruditus labori meo, meq; graui hoc scribendi munere liberasset. Nūc cū sententiam suā testimoniis dūtaxat sacraꝝ lraꝝ cōfirmare contentus, dū

ſatis religioni ſic factũ iri putaret, qd natura reꝝ humanaq; ratio poſcat ommiſerit, officii eẽ duxi, quæſtionem cuius diſcrimine maxima & moꝝ & religionis momenta verſantur, paulo altius repetitam, latius etiam explicare, vt lutherano furori, qui noua monſtra nullo non tempore cõminiſcitur, nec ceſſat religioni pernitioſiores inſidias machinari, hac in queſtione, q̃ nõ minus philiſophos, q̃ theologos attingit, cunctis rationibus, q̃tum ſtudio & labore conſequi poſſimus occurramus. Simul ne cum cetera eius impia & nefaria dogmata viri ſingulari tũ doctrina, tum ẽt grauitate multi ſingula libris editis cohibuerint, hoc qđ non ſolũ chriſtiane religiõi, ſed omni diuino cultui, libertati hoĩum cunctis legibus humanis iuxta & diuinis latenter inſidiatur, cãpo liberiore debacchet, ſi minus multorũ teſtimonio, & ſcriptis refellat. Qđ opus vt ad te Ioannes Toletane mitterẽ, me complures eædẽq; iuſtiſſimæ cauſæ compulerũt: primũ quia fas eſt me Cordubæ vrbis alũnum tibi pontifici Cordubenſi, vt cæterarum frugũ, ſic huius generis lucubrationũ primitias libare, deinde quoniam cum tu philoſophiæ ac theologie ſtudio non ſine tua magna laude fueris a pueritia deditus, tibi potiſſimũ, q hãc q̃onem ſumptã ex media vtraq; philoſophia optime valebis diiudicare.

hmōi munuſculū conquiire videbat̄. tū quia idē in priuatarꝶ publicarūq; reꝶ adminiſtratione,piū de ac in omni virtute,pietateq;,& religione colē da te ita geris,vt more tuę clariſſimę familiæ nō vi fati,ſed prudētia,induſtria,ſtudioq; reꝶ hone- ſtarum, ſic videlicet deo naturaq; volēte res hu- manas recte & pulchre adminiſtrari & putes, & doceas, magnūq; teſtimoniū dicas aduerſus fa- talem neceſſitatē. Sed anteq̄ de iis rebus dico, q̄ ꝓprię cauſę huius eſſe vident̄, nō erit alienū, qui fons tantoꝶ maloꝶ, & quaſi caput extiterit ape rire, & de moribus & flagitioſis artibus Lutheri pauca breuiter cōmemorare. vt à quibus initiis profecta nefaria ſceleſtiſſimi hoīs molitio vires paulatim ſumēdo ꝓceſſerit intelligat̄. Quo in lo co illud ꝑ cōperto dicere audeo & cōſtanter affir mare,qđ miꝶ cuipiā fortaſſe videbit̄, ſtudiū elo quētię humaniorūq; litteraꝶ Germanis hāc pni cioſiſſimā peſtē inuexiſſe. Quod ipſum Alberto pio principi Carpēſi placere in primis animad- uerti,cui viro,ſi mihi credes,neminē huius ętatis nō dico principū, ſed hoīm, vel diuinę & hūanæ philoſophię cognitione,vel oīs hūanitatis prudē tia,& vſu plurimaꝶ reꝶ antepones. Quādiu.n. germania more patrio grauioribus diſciplinis i- tenta rebus rerūq; ſolidę cognitioni,nō verborū

inani garrulitati, ac sermonis lenociniis studebat ꝓueniebãt in ea acutissimi mathematici, pspica ces philosophi, theologi grauissimi, honestissimi, religiosissimi, vt nõ mõ sana doctrina, sed ẽt opti mis moribus, ac exẽplis ad hoĩes instituẽdos, & vera religiõe imbuẽdos eẽnt instrũcti. Postea ve ro q̃ his optimis disciplinis relictis cœptũ est a le uiculis qbusdã hoĩbus latini grecicq; sermonis co gnitioni, ac dicẽdi facultati accuratius idulgeri, ꝓuenẽre malo prauoq; ingenio qdã, q maledico rum impiorũq; scriptoꝝ cõmercio facile omnẽ impietatẽ caninãq; maledicentiã imbiberẽt, seq; ad moꝝ pessima queq; vitia multo ẽt magis, q̃ ad eloquẽtiæ virtutes dociles exhiberẽt. Itaq; nõ ho minum tm̃, sed ẽt dei contẽptores effecti, quãtu lancunq; dicẽdi facultatẽ cõparauerant, hac ad oẽm religionẽ tollendã abuti cœperũt. quorum partim iactatę voces, partim scripta sic Germa nę iuuẽtuti latitans venenũ infundebãt, vt pau latim corruptos animos, ad scelus impietatis cõ cipiendũ cõmodissime pparauerint. Atq; hoc q dem caput fuit, hęc origo cũctoꝝ maloꝝ. scelus videlicet & arrogãtia impioꝝ quorundã, & auda cissimorum hominum, quos non mediocris elo quẽtiæ ac eruditionis opinio Germanę iuuẽtu ti cõmendarat. Hinc. n. Luthero nouarum rerũ

occasiones studiose, ac cupidissime captanti, data facultas est ad omnes dolos fraudesq; secundo successu cōnectendas. Vt merito fuerit a prudentissimis viris dubitatum, boni ne, an mali plus hominibus attulerit vis eloquentiæ. Vt enim animalium teste Aristotele perniciosissimus est homo, si iustitia vacet, propterea quod ratione omnibus armis, si fuerit hac virtute destituta, ad nocendū accōmodatiore, solus est præditus, sic hominum eos constat, esse nocētissimos, quibus data est eloquentia, si hac in peiorem partem abutantur. Nimirum quoniam facultatum, quæ a ratione proficiscuntur, hæc ad hominum animos tractandos, & quocunque libeat vt in optimam, sic in pessimam partem impellendos plurimum potest. At cum florentes resp. maximasque ciuitates sæpe eloquentium, sed improborum hominum facundia corruisse constet, & harum rerū exempla passim, siquis memoriam temporum replicauerit occurrant, nescio tamen, an sit vllum, quod cū hac pernicie, & Germanica calamitate cōparatum, nō leuissimum esse videatur. Illud est igitur etiā atq; et dolendū, Germanis eloquentiam post longum tempus in suam regionem per tam importuna, atq; leuia ingenia penetrasse, quibus longe optabilius, commodiusq; fuisset, ingenuas artes more maiorum

maiorum, rudi ac simplici sermone tractare, q̃ sibi cum tanta pernicie omnia omnium latinorum grçcorumq; ornamenta orationis peperisse. Ab his enim velut malorum satoribus venenata semina partim scelere, partim leuitate, ac imprudentia iactata, cũ ea lutheranus aius, quasi pestilens ager excepisset, tam mortiferas herbas, tamq; venenosos serpentes, q̃ videmus procreãrunt. Martinus enim Lutherus homo natus ad seditionem, naturaq; impius & factiosus, cũ videret germanam iuuentutem sic ad impietatẽ inbuendam præparatam, non putauit tam p̃sentem occasionem sibi esse prætermittendam. Hanc vnam viam commodissimam esse ratus, qua se ex arctiore, & monastica vita, cui se initio nullo sano cõsilio, nulla religione ductus, sed partim leuitate, partim dum vitã sequitur otiosam & rebus fultam necessariis addixerat, velut ex molestissima seruitute in laxiorem nequitię campum, & omnis luxuriæ licentiam vendicaret. si qua ratione posset per falsam religionis speciem veram religionem euertere, & prætextu pietatis sanctissima quæq; christianorum instituta labefactare: Itaq; homo versutus, & callidus, & ad dolos connectendos mirus artifex, non putauit e re fore primo cõgressu ipsam velut arcẽ religiõis

inuadere. Sed ex quibusdam rebus, quæ tenuiores esse, minusq; præsidii habere viderentur, paulatim ad summa procedere.
Sumpta igitur occasione ex quorũdam circulatorum sordibus, qui tunc forte indulgentias nũcupatas, a pontifice maximo iustissimis de causis cõcedi solitas, velut merces quasdã importune venditantes, magnam in se plebis inuidiã cõcitarant, cępit in potestatẽ Papę impudẽtissime disputare. Affirmans papæ nullã esse potestatẽ, nullum ius in eorũ animas, qui cum morte iam vitã cõmutassent. qua re cũ indulgentiarũ illarũ auctoritas plurimũ imminueret, facile fuit concitato vulgo, & ministrorũ auaritiam ptexto, mendacium falsa veritatis specie ptextum probare. Tali porro artificio illius populi patientia tẽtata, cũ res ad votũ successisset, timidi esse putauit, tam fœlices successus non vrgere, & ad oẽm põtificis maximi auctoritatẽ infringendam nõ gnauiter procedere. Ergo quasi summa põtificia potestas absq; summa sanctitate, pfectissimisq; moribus nullo tẽpore possit cõsistere, huc cępit oẽs loquacitatis neruos contendere, vt in maximorum põtificum & cardinaliũ vitã, q̃ maxime posset inuidiã cõcitaret. Neq;.n. abhorret ab artificiosa dicẽdi procacitate. qua fretus sępe bonorũ

alioquin hoim eorundẽ doctiſſimoꝝ rudiorẽ oratione cõtempſit, ſępe imperitoꝝ mentes eluſit, atq; doloſis mendaciis faſcinauit. Pergit igitur ſummi põtificis & antiſtitũ romanoꝝ mores iã ſcõmatis: & dicteriis ex intima comicoꝝ, epigrãmatariorũq; officina de prõptis vellicare, mõtetricis verbis, & grauibus ſẽtẽtiis acrius inceſſere. Luxũ ipſoꝝ, inuidioſas opes, hãbẽdi regnãdiq; cupiditatẽ p callidũ artificium exaggerãs. Qua in re facile fuit, homini maledico, & dicẽdi artibus inſtructo ſibi audientiã facere. Nõ ſolũ quia primates vulgo, & tenuioribus odiõ eſſe ſolent, ſed ẽt qã fit neſcio quo pacto: vt hoies cũ bonorum laudationes iniquis auribus accipiãt, alioꝝ vituperiis maximę delectẽtur. Credo quoniam multi aliorum virtutibus laudandis ſua ſibi vitia exprobrari putant. qui ſi de vitiis commemores gaudẽt, quaſi eis quos vituperas, ipſi iudicio tuo præferantur. Quam criminationem hoc ſuſcepit audacius, quia multos applauſores præſto fore ſciebat ex grege illo ſtudioſorum eloquentiæ, de quo ſupra mentionem feci. Eos præſertim, qui cum romam aliquando nõ religionis cauſa, ſed ſacerdotioꝝ cupiditate cõfluxiſſent, re parũ fœliciter geſta, in Germaniã

remigrarant, ignauiæ ineptitudinisq; suæ culpã ad pontificum cardinaliumque sinistros mores transferentes, iactantesq; romæ, neq; honestis artibus locum esse, neq; ingenuis disciplinis. quos non pudet apertissimo mendacio sui sibiq; similium exemplo fidem facere tẽtare? Vbi enim virtutis omnis, atq; doctrinæ pleniorem mercedem maioraq; pręmia, q̃ romæ licet sperare? Vbi quotidie probitas, atq; egregia doctrina plures, q̃ in reliquo terrarum orbe, ex infimo gradu ad magna fastigia rerum extollit. Neq; enim si romæ fortunæ temeritate & diuersis artibus magis, q̃ virtutum meritis quidam interdum efferuntur, protinus frigere virtus, & suis præmiis fraudari censenda est. cui maior ibi, certiorq; merces ꝓpe semper parata fuit. Cæterum roma doctrinam egregiam recto iudicio metitur, non vana quorundam persuasione, qui cum paulo vltra primas litteras processere, sibi (sed solis plerũq;) magnopere placent, ac doctissimi esse videntur, & in magnis viris numerandi, cum ipsis vel doctiorum ignota turba nullus prope modum in vrbe vicus non scateat. Adde quod doctrina ꝑ se q̃libet excellens, nullis aliarum virtutum adminiculis fulta, infirma res est, nec digna vllis sæculis magno aliquo honore existimata. In

quibusdam enim partim prauis moribus, par-
tim imprudentia, & ineptitudine, tam funditus
obruitur, vt lumen eius nusq̄ appareat. Isti tamē
cum se digna patiantur, pontificum, & cardina
lium iniquitatem, & nō suam (vt par esset) igna-
uiam, & turpitudinem accusant. Nā qui ad non
vulgarem eruditionem prudētiam, & mores hu
maniores, atq; vitę honestatem adiūxerint, hos
si nō cūctos, certe multos romana liberalitas si-
ne nationum discrimine complectitur, fouet, &
exornat. In illorum igitur hominum importuni
tate cum magnum sibi præsidium paratum esse
Martinus intelligeret, criminationem vrgebat
confidentius. Quam causam cum homo. s. inno
centissimus, & ab omni suspitione criminis alie
nus cum magno vulgi ac imperitorum assensu,
& istorum applausu perorasset, parū negotii si-
bi superesse putauit ad potestatem auctorita-
temq; Papæ funditus euertendam, qua sublata,
ius pōtificium, & ab ipso profectas leges sanctis
simaq; instituta corruere intelligebat. quibus dis
solutis necesse esset, non solum vincula relaxari,
quibus monachorum cuiusq; ordinis, vota atq;
vitæ institutiones astringūtur, quod ipse primū
petebat, sed omnium christianorum mentes in
magnis multisque religionis erroribus versari.

Quod si opera ipsius accidisset, in tanta rerum perturbatione sibi ad maiora molienda neq; au ctoritatem, neq; occasiones defuturum. Quo in loco nollem quisq̃ sic orationem meam interpretetur, quasi studiose nitar istius repheni sionibus, siquę a vero non prorsus abhorrent ob sistere, vt a quopiam per talẽ indulgentiam, ma iorem aliquam gratiã ineamus. Quid enim ma gis ab institutis meis abhorret, q̃ vt vitioꝝ patro cinio cuiuspiam gratiam turpiter captare susti neam? Non sum tam paruo, tamq; deiecto ani mo, ꝑ me vero qui Romanæ ecclesiæ (vt fas est) maiestatem semper sum religiose veneratus, nõ modo conniuentẽ, sed etiam approbantẽ, saty ras q̃libet longas conficiat, & prauos sacerdo tum Romanoꝝ mores insectetur licebit. Quis enim me vel liberius, vel libentius solet hoc mu nus vsurpare? Sed illud maledici est, & aliud q̃ peccatorum correctionem molientis, quorundã criminibus vitam omnium condemnare. Mul tos enim habet, semperq; habuit ecclesię Roma na Cardinales Pontificesq; Max. religiosissimos sapientissimos, ac omnis virtutis colentissimos, quos enumerare longum esset, ac præsentes no minatim referre, partim inuidiosum, partim no mine captatæ gratiæ suspectũ. Sunt & alii ꝓba

biles quidem,nec ab officiis cultuque virtutum auersi ; sed qui rerum humanarum cupiditatibus minus interdum reluctentur . Quorum me diocritatē si Martinus Lutherus,vir scilicet vndiq; choro virtutum stipatus , ferre non potest, reddat nobis aurea sæcula , quæ(si poetis credimus)innocentissimos mortales,ad summā vsq; senectam,ac ipsam mortem perducebat , nullis huiusmodi cupiditatibus sollicitatos , aut aliud genus hominum e lapidibus instar Deucalionis exucitet,qui talibus affectibus non tangantur . Nunc enim ea tempora successerunt , vt præclare iam pridem cum hominibus actum esse videatur : q paruis criminibus vrgeantur. Nam cum ex hominibus Pontifices Maximi atq; Cardinales exoptentur,hominum mores prius emendare debet , qui paratus est in his perfectissimos mores postulare . Nisi forte velit (vt est apud Matthæum) vel de spinis vuas , vel ficus de tribulis colligere . Quæ ne tacitus meam constantiam requiras , a me non idcirco dicuntur, vt dissolutorum , siqui sint, turpitudo oratione mea subleuetur , Tales enim sanctissimo illo collegio indignissimos esse dico , nec verbis solum castigandos, verum acrius etiā puniēdos.

Sed vt desinat Martinus aliquando omnes Romanos sacerdotes ad veterē disciplinā, q̄ multū iam pridem ex mortalium mentibus aboleuit, atq; Petri sanctitatem innocentiamque tam imperioso supercilio tāq; seuere reuocare, Quod q̄q̄ optimum esset, cunctisq; votis expetendum, boni tamen consulendum est, neque iniquo animo ferendum: si in tanta hominum peruersitate sacerdotes quosdam probos sanctosq;, nonnullos nec impios nec ab honestate, & virtutibus abhorrentes habeamus. Sed Martinus Luther vir scilicet integerrimus, sanctissimus, & ab omni etiā suspitione criminis alienus sacerdotem, qui nō sit omnibus virtutum numeris absolutus, ferre nō potest, morositate plane Rosciana. Rosciū.n. pantomimum dicere solitum accepimus, nunq̄ se discipulum, quem quidem probaret inuenisse, non quod nō essent quidam probabiles, sed q̄m siquid mō vitii esset, ferre ipse non posset. Quāq̄ proh dei atq; hominum fidem, quæ est ista tam insignis impudentia, & peruersa hominis inconstantia, vt qui tam morosus est in Romanorum moribus castigandis, vt ne mediocritatem quidem ferat, & minimis quibusq; labibus offendatur, idem perditorum hominum commercio maxime delectetur? & hoꝝ consuetudine gaudeat?

Quis enim Martino familiaris est, quis dogma-ta eius amplectitur, fouet, voce, ac stylo dilatat, præter homines dissolutos, factiosos, & scelerũ conscientia profligatos? Vt enim quondam Catilina patriæ tyrannidem affectãte, scelerati omnes, & qui republica, legibusque stantibus saluti suæ diffidebant, ad illius amicitiam cupidissime conuolabant, & ad Machometam peccãdi licentia homines allicientem cuncti eius ætatis hæretici, cuncti ecclesiẹ catholicæ hostes, cuncti luxuriosi & dissoluti confugiebant, sic nunc quo q̃sq; salua ecclesia catholica: & præsenti rerum statu, vel pœnam criminum effugere, vel suarum libidinum cupiditatũq; compos fieri, minus sperat hoc cupidius iurat in verba fraudesq; Lutheranas, eiusq; partibus non præsentia solum: & applausus, sed oratione, & scriptis opitulatur. De iis enim loquor qui in studio litterarum versati, sibi & vulgo imperitorum aliquid esse videntur & ea opinione intumescentes indignatiq; (vt dixi) quod vltro a pontificibus ad magna sacerdotia non vocentur, inanem garrulitatem, quã solam studiis suis compararunt, arrogantissime in ecclesiæ contumeliam effutiunt, seq; in Lutheranis nõ e grege quosdam, sed antesignanos, signiferosq;, & esse & haberi percupiunt, sperantes si


cõiuratio Lutherana processerit, magnũ aliqd se in noua & præclara republica futuros. Quorũ principatum affectasse constat Vlricum Huttenũ audacia furentem hominẽ, & alcidis factionibus accommodatissimũ. qui cum cæteris flagitiis homicidium ad thermas Viterbieñ. addidisset, Italicis finibus excedere, ac in Germaniã confugere coactus, quasi non scelerum suorũ pœnam euitans, sed mores sacerdotum Romanorũ pertesus aufugisset, ad partes Martini Lutheri, cum primum licuit aduolauit, a quo summa cũ lætitia exceptus, (neq;.n. turbulentissimi hominis ingenium Martinus ignorabat) & cœpti facinoris curã habere iussus, se tã gnauiter ac strenue gerebat, vt nemo vehementius in Põtifices Maximos, & Cardinales inueheretur, nemo in ecclesiam Romanam furiosius debaccharetur, nemo Lutheranas partes tueretur pertinacius. Prorsus vt quorundam inconstantiam scripto etiã lacessiuerit, quod a Lutheranis dogmatis, quibus ante fauisse viderentur desciuissent.

Qđ si Martinus ĩ oẽs pariter sacerdotes p̃sulesq; Hispanos, Gallos, Germanos, atq; Italos inueheretur, qui oẽs sunt propemodũ in eadẽ causa, cũctorũq; cõmuniter vitã acrius etiã & vehementius, quã pro merito lacerarer, concedendũ esset hominis indignatiõi, qui turpitudinis, ac pecca

toꝝ odio Paulo liberius indulsisse videri posset? Nunc cum Romanoꝝ dũtaxat moribus offen∕datur, hos ferre nequeat, hos minime ferẽdos ap pellitet, quid captet, qd moliat̃, cui rei tendat in sidias, ne patit̃ quidẽ nos dubitare. Nõ odit pra uos mores Lutherus, qui ipse mortalium oiũ est flagitiosissimus, nõ ducit̃ religione, quem san ctissime iurarẽ, nõ magis deũ esse credere, aut nõ aliter, q̃ diagoram vel epicurũ, quẽ debeat exti∕mescere, ne vindex adsit aliqñ, tãti sui sceleris ac impietatis, sed opibus, auctoritati, imperioq; po tentioꝝ inuidet. His vt par fiat, vel supior, si fieri possit, elaborat, hoc agit, hoc machinatur. Quo vna dũtaxat via ingredi sibi posse videtur, si au ctoritas eccl̃ię Romanę suis fraudibus fuerit ab rogata. Ad quod facinus perficiẽdũ, cũ oium in florẽtissima quaq; repub. turbulentoꝝ ciuiũ ar∕tes, ac insidias, ex ueteꝝ monumẽtis cõquisisset, & mltis sæpe seruitia spe libertatis, atq; pdę cõci tata magno fuisse vsui ad seditiões cõcitãdas re perisset, vtilissimũ v3 exẽplũ, quatenus licuit imi tatus, vt illi seruos, sic ipse plebẽ, opasq; germanię cępit spẽ religiõis ad libertatẽ uocar̃, aduersus an tistites, & pricipes, quoꝝ opes, conatibus suis, & quã moliebat̃ tyrãnidi, obẽe posse itelligebat, at q; eos in primis asserer̃, qbus monachoꝝ religio, cui se aliqñ cõsecrassent, grauis eẽt atq; molesta,

sanctiorem vitam, turpem seruitutem appellãs; ipsaq; monasteria, hoc est sacra, & sanctissima loca, non aliter, quam prostibula, & lupanaria uocans. Non solum vt multorum scelere suę apostasis: ac defectionis flagitium vt leuius videretẽ efficeret, neq; enim ignorabat, eam conditionẽ pessimum quenq; monachorum accepturum, sed etiam vt ex tam egregia futura Phalange facultas esset primipilos, & Antesignanos educere quos cæteris tardioris, ineptiorisq; turbæ cohortibus, legionibusq; præficeret. Quæ vox cum latius p Germaniam emanasset, scelerati omnes, omnes damnati legibus, seditiosi, turbulenti, nouarum rerum studiosi, vndiq; certatim accurrerunt. Qui hominem cupidissime complectẽtes, & adorantes, vt pergeret audacter, currentẽ adhortarentur, ac religiosum eius animum, sanctimoniamque apud vulgus miris laudibus efferẽtes, a cœlo demissum esse Lutherum clamitarẽt uindicem tenuiorum aduersus grauem Pontificum Romanorum, atq; principum tyrannidẽ, & impotentiam. Omnes enim principes vno excepto (quem maxime videlicet metuebant) tyrannos esse cõfirmabant. Vnde quanta seditio exorta sit in Germania, quanta calamitas, quot vrbium direptiones, quot cędes, quot strages.

consecutæ, quis valeat sine magno dolore com-
memorare?
Ad hunc ergo modum, sumptis spiritibus, & ma
iore auctoritate Lutherus, cum nouam tyranni
dem, quam sibi prętextu religionis pepererat, eo
fore firmiorem existimaret, quo plurium ipse
rerum auctor fuisse videretur, & statim religionē
Christianam aperto conflictu totam demoliri
difficile factu reputaret, nouam rationem com-
mentus est ad eam paulatim, sed funditus euer-
tendam, vt oēs ecclesiasticas cęrimonias e medio
tolleret, omnia sacrificia commutaret, peccato-
rum confessionem aboleret, omnes maiorū mo
res atque instituta conciliorum sanctorumque
patrum antiquaret. Itaq; tot sceleribus patratis
tot fabricatis dolis, cum p̄clare tyrānidi suæ fun
damenta iecisse arbitraretur, omnia monachoꝝ
monacharumq; cœnobia demoliri, nullum iam
imperium recusantibus imperat. Et cum vtrūq;
sexum ab omni votorum, & sanctarum institu-
tionum vinculo solutum esse iussisset, contrahē
di matrimonium facultate permissa, nec enim
dubitauit, nefarium incestum sancto nomine, vt
cætera flagitia solet appellare: ipse sibi pulcher-
rimam adolescentulam ex sacris virginibus, si
tamen virgo, erat & nō ab ipso iā ante quattuor



annos, vt quosdam Germanos dicere audio, polluta, sanctissimo connubio copulauit. Et miror si non est vsus Christi verbis ex euangelio, quod toties impio ore contaminat, exemplum meum do vobis, & quæ sequuntur. Quo in loco profiteor me Martini imprudētiam etiam atque etiā demirari, & in Luthero lutherum magnopere requirere: de cuius moribus, & animo quid sentirem satis supra, nec aliter, q̃ res habet explicaui. hominem esse factiosum, audacissimum, rerū nouarum cupidissimum, natura impium, & intemperantem, sic tamen semper de ipsius ingenio existimaueram, vt ei magnum acumen, astutiam singularem, calliditatem egregiam attribuerem. Ita cum eius insidias, atque fraudes probe nouissem, subuerebar tamen, ne versutus homo, vt dolos, sic mores turpissimos diligenter occultans, honestatis specie, non modo religionis, parum perspicacibus imponeret. Nunc ipsum video non solum esse sceleratum & impium, sed plane bardum, ac stultissimum. Nam te hoc in loco, te inquam interrogo Martine, es ne adeo mentis inops, tanta scabie libidinis obcæcatus, vt te nō videas, vel hoc vno facto, tuas artes, tuasq; insidias prodidisse? & q̃ nihil aliud, nisi peccandi licētiam, & luxuriosam tyrannidē,

per tot fraudes affectaueris declarasse ! Salax
vetule & cunctis scortatoribus impurior. qui si
omnes bonarum sectarū auctores non dissimu-
lāter odisti, ipsum saltē epicurū, cuius dogmata
incertum doctrina, an moribus magis referre
gaudes, fuisses imitatus. Qui cum voluptatem
cunctis rebus anteferret, ipse tamen a volupta-
tibus abstinebat. Aut si fructū, quem tantis la-
boribus petieras, æquo animo carere non pote-
ras, secretis saltem & domesticis libidinibus fuis
ses cōtētus, & quas posses verbotenus inficiari.
Neque vero solum mores, & instituta maiorum
Lutherus arrogantissime contemnit, sed pręter
vetus & nouum testamentum, quidquid viri san
ctissimi, doctrina, & auctoritate præstantes, q̄d
litteras sacras seu religionem attingat, conscri-
pserint, meras nugas, atque ineptias esse con-
tendit. Non ignarus, videlicet, salua horum au
ctoritate, dogmata sua nefaria, grauissimis testi
moniis, scriptisque prudentissimis in promptu
esse refutari. Prius enim quam verecūdię termi-
nos tam longe Lutheranus furor esset præter-
gressus, sacrorum doctorum admittebat aucto
ritates. Sed cum voce diuinas litteras se tueri
profiteatur, tam falsis interpretationibus, ip-
sas contaminat, vt si fidem illis simpliciter

derogasset, multominus fuerit mortalibus nocituras. Nunc enim sacrarum litterarum peruerse interpretata verba, nouis monstris, quę nullo tpe cessat parturire ptendens, facilius animos imperitorum eludit, & securos interdum ad ois impietatis præcipitium inducit, quod mea quidem sentētia nulla re alia manifestius apertiusq; tentauit efficere, q̄ illo impudentissimo libello & omnium maxime pernicioso, quem proxime de seruo arbitrio inscriptum emisit. Nam cum cæteris dogmatis christianam religionem p partes adortus, velut machinis ĩpugnauerit, hoc uno de arbitrii seruitute, & omnium rerum, atq; actionum necessitate, omni prorsus religioni diuinoq; cultui bellum mihi videtur indixisse, vt iã quoniam Lutheranas insidias satis quodã velut præludio videmur aperuisse, in quo me partim miseratio quorundam cæcitatis, partim iustissima tanti sceleris indignitas longius prouexit, q̄ putaram, ad propositam de fato & libero arbitrio quæstionem veniamus. Quam sic ego tractare constitui, vt non solum quid ratio Christianæ religionis poscat explicetur, sed etiam vt remota religione, veterum philosophorum argumenta quantum valeant intelligatur. Qđ neq; ab re, nec præter causæ necessitatẽ mihi videor esse facturus, tũ qm̃ q fati necessitatẽ iducũt, & iis cõsentaneũ

iis consentaneum est, vt tollant omnem religio nem, tum etiam, quia nonnullos videas tã præ postere in studio litterarum ambitiosos, vt in phi losophia, mathematicisq; disciplinis eo se do ctiores esse intelligi velint, quo minus scripturę sacrę testimoniis moueantur. Quorum cũ qui dam hoc Lutheri mendacium, quasi naturæ, astrorumq; rationi consentaneum per summã stultitiã tueantur, sic cũ vtrisq; agẽdum esse vr, vt ẽt si religiõis auctoritatẽ aspernẽtur, manife stis tñ, & a natura ductis argumentis, ipsorum error conuincatur, & hos appareat qua in re philosophiæ doctiores haberi cupiũt, in ea ma xime prodere suam ignorantiam, & quantum a philosophiæ institutis abhorreant demonstra re. Neq; enim hæc proprie in Lutherum scribi mus, cuius furor, & pertinacia eò processit, ut sit sanitas desperanda, sed communiter in oẽs, qui volunt quacunq; ratione, sententiam olim damnatam reuocare.

Qua in parte, Aristotelem sequemur, eiusq; dili gentissimum, & grauissimũ interpretẽ aphrodi sieum. Alexãdrum Græcos philosophos, & in eruenda ex naturæ abditis veritate, & arcanis eius perscrutãdis, vt est captus hominum, per spicacissimos. Non quidem vt interpretes, sed

Arist. seqẽ & Alex. aphro.

vt illorum ex fontibus haurientes, nostrum & iudicium, & ordinem, exemplo doctissimorum hoim adhibeamus. Sic.n. fiet vt Lutheri menti impietate ac flagitiis obcæcatæ nihilominus, q̃ verborum captionibus occurratur. Errat enim siquis Lutherum sacraꝝ litterarũ testimoniis, perperam scilicet intellectis, in hunc errorem putat incidisse, qui, moriar, si non tacitus eodẽ loco habet vtrunq; testamẽtum, quo decreta conciliorꝝ, sanctorumq; patrũ, q̃ meras esse nugas profitetur. Sed cum priscorum quorundã philosophoꝝ auctoritatẽ, & momẽta rationũ secutus, ratum haberet quidquid ab illis de reꝝ necessitate fuisset iudicatum, ne tñ a specie religionis prætenta suis fraudibus discederet, artificiosum consilium iniuit, vt ad tollendam religionẽ, religionis potissimũ scripturis abuteretur. Qui certum habet, futiles & cõmentitias eorum esse opiniones, qui prouidentia, & cõsilio, & non potius fatali necessitate res humanas administrari somniarẽt, nec vllam vim diuinam p̃ter legem naturalem agnoscit. Nõ ignarus vꝫ, si hoc semel hominibus p̃suaserit, omnem religionem, quam pio dei cultu contineri certum est, funditus esse perituram. Quis.n. votis, quis precibus, quis sacrificiis locus relinquitur, si ho

Qua rõne duct⁹ luth. fati necessi. asserit.

mines cuncta ineuitabili necessitate, nihilo se-
cius futura esse crediderint, vt accuratius suo
loco differemus.

Neque vero mirum, aut pter hominum consue
tudinem cuipiam videri debet, Martinum Lu
therum, tot patratis sceleribus, in hanc senten-
tiam sibi & humano generi perniciosissimã p-
uenisse. Hoc enim fere ab hominibus scelerum
conscientia profligatis videmus factitari, vt
postquam in profundum peccatorum deiecti,
cœperint saluti suæ desperare: & regressum ad
sanitatem, sine ingentibus laboribus sibi nega
tum viderint, in solatium tantæ calamitatis
prauis opiniõibus perniciosa remedia quęrãt.
Videas igitur alios cum luxu, atq; turpitudine,
viribus corporis, & iudicio animi corruptis viã
honestatis arduam, & difficillimam intelligãt,
virtutes, vana nomina cõmentaq; philosopho-
rum esse dictare, ad summam nihil aliud q̃, ven
ditationem & ostẽtationẽ quandã, dũ fęlicitatẽ
summũq; bonũ, sola voluptate metiũt, alios ne
scelerũ pœna sibi sit post mortẽ extimescẽda, aĩo
rum ętatẽ eisdẽ, atq; corporũ angustiis definire.
Quosdam vt Martinum Lutherum suorum fla
gitiorum culpam, quam neq; sibi, neq; cæteris
hoĩbus paulo mõ oculatioribus excusarẽ qunt,

Dogma fatalis necessi. cõscietiæ luth. conueniens.

ad fati necessitatem transferre. Sed profecto opiniones huiusmodi hoc sunt reipublicæ nocentiores, quo maior est eius in quem inciderit audacia dicendi viribus nō destituta. Quo magis est Lutheri audacissimi & loquacissimi hominis temeritati viis cunctis occurrendum, sententiam iampridem mortalium consensu damnatam, atq; explosam reuocanti.

Distributio totius operis.

Primum igitur in hac quæstione, tum philosophorum, tum theologorum rationibus causam nostram confirmabimus. Deinde aduersariorū philosophorum argumenta secundo libro proponemus, eadēq; vt philosophi refutabimus, tū in tertio incommodis, quæ eiusmodi errorē cōmuniter consequuntur explicatis, Martini captiones priuatim, vt ratio poscit Christianæ religionis, refellemus. Quanq̄ profecto si hac in causa diiudicanda auctoritasquoq; prudentiū, & eruditissimorum virorum spectari debet, cū fati necessitas ex philosophis, democritum, & heraclitum atq; empedoclē, & si plutarcho credimus, parmenidem, priscorum atq; rudium tēporum homines auctores habere feratur, & his posteriorem Chrysippum stoicum, sophistam, & captiosum hominem, nos Socratem habemus, qui habitus est mortalium sapiētissimus.

Qui ph̄i fatalem necessitatem asseruerūt q̄ secus.

Platonem,Aristotelem,Xenocratem, Speusippum.Et (ne singulos psequar) vniuersam Academicorum, Peripateticorumq; familiam, qui omnes libertati mortalium patrocinati, cũctos animorum motus, qui quidem a ratione profiscisc~atur, a fatali necessitate constantissime vendicarunt. Iam vero, vt ad eos veniamus, qui sacrarum litterarum testimonia secuti sententiam suam hac in causa pronũciarunt, stat p libertate volũtatis Chrysostomus, Damascenus, Cyrilus, Basilius, Origenes, Theophilactus, eidem Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Ambrosius, Ciprianus, Tertullianus, patrocinant, viri sanctissimi, & qui suam ætatem, in sacrarũ scripturarum lectione consumpserũt, his adde sententiarum auctorem Petrum lõgobardum, Scotum, Hẽricum, breuiter omnes Theologos græcos latinosq;, quicunq; post christianorum memoriam, hanc quæstionem attigere, præter Manicheũ, Ioannem vicleuum hęreticos, & his longe detestabiliorem Lutherum, qui hoc solo causam suam probabilem efficere posse videt, quod homo semisis, flagitiosus, atq; nugator, & nulla ex parte cum aliquo memoratorum comparandus, sic quorundam hominum mẽtes potuerit infatuare, cæcasque reddere, vt apertas

ipsius technas,nec admodum latentes insidias non percipiant ,& meritis pœnis prosequant. Sed cum tot tantorumq; viroꝝ sententiis dam natum errorem argumentis persequi superuacaneum esse videat,nolo tñ cuiuspiam auctoritas nobis quidq̃ in hac causa prosit,nisi rationū momentis simus superiores , & apertis argumétis erroré istius hȩretici, & quos sequitur,philosophorum conuincamus.

Confirmatio auctoris snīæ.

Illud igr̃ ante oīa positū sit in hmōi rationum examine,qđ est in cōfesso verū,& oīm prudentium,ac eruditissimoꝝ hominum consensu , & auctoritate confirmatū,quidquid hoies in omni ætate,in omni regione,in omni ciuitate , docti pariter,& indocti cōiter opinātur , id legem esse naturæ. Vtitur Aristoteles identidem hoc principio,vtuntur oēs qui rōe,atq; via philosophantur.Est.n.hoibus multaꝝ reꝝ insita cognitio,quam nullo pceptore,nullo humano instituto ,sed ipsa natura duce,atque magistra didicere. Nihil est aūt maiore consensu omniū mortalium iudicatum, q̃ esse multa in potestate hominū,quȩ vt agendi,sic ommittendi liberā atq; integrā habeāt facultatem, vt leges & instituta declarant , quibus quanq̃ aliis alios , omnes tñ cȩtus hominum,omnes nationes,oēs ciuitates,

cunctos deniq; mortales semper vsos fuisse cō- stat. Quæ profecto nunquam tam solerti ho- minū diligentia conditæ fuissent, si actiones no stras, non humano consilio atq; voluntate libe ra, sed fatali quadam necessitate geri, atq; admi nistrari mortales credidissent. Quod si ita est, vt esse palam est, atq; res ipsa demonstrat, libe ram esse nostram voluntatem, multaq; hominū arbitratu, sine vlla necessitate fieri teste ipsa na tura concludit' & confirmatur. Prætereà si quę sensibus, atque vsu rerum nobis cognita sunt, ea vera eē statuendū est, quid est vsu frequentio re nobis exploratum, q̄ quod multa quotidie p̄ nr̄o arbitrio facimus, ommittimus, reuocamus nulla prorsus externa necessitate nostram im- pellente voluntatem, aut vicissim retrahente. Sed quoniam ad fatalis necessitatis constitutio nem, eadē ab istis via procedi posse videt', qua nos mortalium consensu arbitrii voluntatisq; libertatem confirmauimus, quandoquidem in omni sæculo multorum hominum sermo- ne, fati nomē vsurpatū fuisse cōstat, vt eā vocē vanā oīno dicere cōstanter a nobis dici nō pos- se videat', occurrēdum est huic loco & hæc fati vulgaris vsurpatio, quā vim habeat explicatū.

Neq; enim ibo inficias res plerasque fato fieri, multaq; fato hominibus euenire, & recte quosdam fato peremptos esse dici, fato diuitias consecutos, fato in miseria, & omnium rerum inopia versari, modo fatum quid sit, & quibus in rebus versetur intelligatur, quod factu vel facillimum fuerit, siquis ipsam hominum loquendi consuetudinem, qua fatum quidpiam fieri dicunt, paulo diligentius animaduertat. Nã cum fato aliquis in aqua perisse dicatur, alius ferro sublatus esse, quidam laqueo strangulatus, nemo tamẽ sic vnquam loquitur, vt fato se dicat lyram temperare, fato librum scribere, fato scabellum fabricare, iam illud multo etiam minus, fato se virtutes colere, & officiis fungi boni viri. Nisi siquis p̃iectã sñiam tam pertinaciter tuẽdã susceperit, vt nõ sit recusaturus, quominus vel his absurdiora confiteatur. Ex quo intelligitur, fatum consensu hominum in rebus, quæ naturam consequuntur versari, non in artificiosis, & in iis, quæ a ratione proficiscuntur. Prorsus vt fatũ, nihil aliud sit, quã ipsa natura, & quod natura fit, id fato fieri dicatur. Neque enim homo ex homine, elephantus ex elephanto natura procreatur, fato non item, sed cum re fatum, & natura consentiant, solo vocabulo distrahuntur.

Quid fatũ sit, et quib⁹ in rebus versetur.

Fatũ idem q̃d natura.

diſtrahuntur,quæ nihil aliud ſunt,quam primę cauſæ generationis naturalis ſingulorum effi-cientes,hoc eſt,corpora cœleſtia,& ipſorum rata,conſtansque vertigo. Omnis enim genera-tionis initium eſt habitudo quædam diuinorũ corporum per motum ad hæc noſtratia mundi circũterranei. Quæ ſi effectus habeat in rebus caducis neceſſarios, dubitari non debet, quin fatalis quoq; neceſſitas in rebus etiam mortalibus verſetur,ſin opera naturalia non ex neceſſitate procedunt,ſed interdum quo minus fiant impediuntur, ſimili modo de fato, rebuſq; fatalibus ſtatuendum eſt, non procedunt autem ex neceſſitate, quanq̃ fiant magna ex parte, cũ interdum naturæ,cauſa quępiam externa,quo minus opus ſuũ perficere valeat obſiſtat, vt cũ ex homine non homo,ſed monſtrũ aliquod ge-neratur, quæ igitur fato fiunt,non fiunt neceſ-ſitate. Itaq; vt in quibus rebus natura verſatur, aliquid efficitur præter naturam, ſic in quibus fatum cuius eadem eſt vis, aliquid præter fatũ exiſtit, vt merito dicas ſuam cuiq; naturã,ſuũq; fatum principium & cãm eſſe ordinis earũ rerũ quę in ipſo natura fiunt. Cũ videre liceat homines ꝑ ſua queq; natura & viuere,& interire. Sed vt hæc magna ex parte fieri notantur, ſic nõ ex

necessitate fieri certum est. Huic enim naturali ordini, cura sępe, aerisque mutatione, occurritur, & praeceptis medicorum. De voluntariis autem animorum motibus atq; actionibus lōge aliter statuendum est. Neq; enim animi voluntas, vllo vinculo, cœlestibus corporibus, ac ipsorum motibus alligata tenetur, sed libera est & absoluta contra omnem pronitatē. Cum tamen homo ex corpore & animo cōsistat, & corpus, quemadmodum diximus, naturam suam affectetur, plerunq; animum allicit ad suas appetentias, qui propter societatem quā habet cū corpore, raro naturalibus affectibus reluctat̄. Ita fit vt qui natura pronus est ad luxuriam, is vitā in libidinibus, & ganeis traducere gaudeat, et talibus vitiis consentientem mortē occūbat, ex magna parte. Hoc enim genus hominū cruditate cum qua bellum continens gerunt, ad extremū solet aboleri, cū calor naturalis libidinibus exhaustus facile copia ciboꝝ, qui neq; famen, neq; sitim expectauerint obruat̄. Iā q natura iracundus est, & animosus ita fere viuit, vt iniuria q̄ plurimos afficiat, vulneret aliquos, nō nullos interficiat, q̄ perraro qsq̄ cōmisit, vt non vi allata fuerit e medio sublatus. Sic quos natura pronos ad rapacitatē effinxit, horū vita in-

Volūtas nō est cœlestibus motib⁹ obnoxia.

latrociniis plurimũ, atq; rapinis versatur po-
stremo gulã strangulante laqueo, sic legibus cri
men vindicantibus finitur. Ad eundẽ modum
de cæteris viuendi moriendiq; generibus disse-
rendum est. Quas vitas & mortes merito fata-
les nũcupamus, ꝙ affectus naturales cõsequan
tur, & cõsentaneę sint pronitati naturali. Non
igr̃ qđ ita necessario eueniat, sed quia efficitur
magna ex parte. Vitiis.n.naturalibus, si ꝓcliui
tas ad vitium debet vitiũ appellari, ratio sic in-
terdum occurrit, vt cura & cõsuetudine, mutet
ea in cõtrarios habitus. In cuius rei testimoniũ
stilpo et Socrates nobilissimi philosophi com-
modissime citant́. de quibus notũ est, quid Ci-
cero memorię mãdauerit, si c.n. scripsit. Stilpo
nem Megariũ phm, acutum sane hominẽ, & p-
batum, tẽporibus illis accepimus, hũc scribunt
illius familiares, & ebriosum & mulierosum fuis
se, neq; hęc scribũt vituperãtes, s; potius ad lau
dem. Vitiosam.n. naturã ab eo sic edomitã, &
compressam esse doctrina, vt nemo vnq̃ vino-
lentum illum, nemo in eo libidinis vestigium vi
derit. Quid socratem? Nonne legimus quem-
admodum notarit Zopyrus physiognomus,
qui se profitebatur hominum mores, naturasq;
ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere.

Socratis & stilponis exẽplum.

ſtupidum dixit eſſe ſocratem & bardum, quod iugula concaua nō haberet, obſtructas eas partes, & obturatas eſſe dicebat. Addidit etiam & mulierosum, in quo Alcibiades cachinnum ſubſtuliſſe dicitur. Sed hæc ex naturalibus cauſis vitia naſci poſſunt, extirpari autē, & funditus tolli, vt is ipſe qui ad ea propenſus fuerit a tantis vitiis auocetur, non eſt id poſitum in naturalibus cauſis, ſed in voluntate, ſtudio diſciplina. Nam & illud quoq; traditur, cum Zopyrus riſum aſtātibus excuſſiſſet, quod de ſocrate tam aliena vitæ ipſius inſtituto iudicaret, affirmaſſe ſocratem, nihil eſſe mētitum Zopyrum. Nā ſocratem talem eſſe natura, ſed philoſophię cōſuetudine meliorem fuiſſe factum. Sed quid veterum exempla repetimus, cum vti liceat quotidianis, & hoc ipſum fere vſu veniat in hominibus liberaliter educatis? quos a vitiis in quæ procliuis erat ipſorū natura, ſępe cura parentū & magiſtroꝝ diſciplina reuocauit, atq; ita reuocauit, vt oppoſitis virtutibus ꝑditos effecerit. Atq; hæc quidem eſt præſtantiſſimorum philoſophorum de fato & libero arbitrio paucis collecta ſententia, quā, quia Lutherus auctoritatē nobis opponit veterum poetarum, quos fatum neceſſitatem rebus afferre ſenſiſſe contendit

(in quo viderit ipſe q̃ conſtanter faciat, vt qui philoſophos reiicit velut profanos, idem poetarum commenta cum myſteriis ſacrarum litterarum cõmiſceat) ne pigeat nos cum ipſo diſſentes, poetarum teſtimoniis cõfirmare, ſimul vt veteres mortales multa præter fatũ fieri credidiſſe demõſtremus, ſimul vt Martinum ſuos poetas intelligere aliquãdo doceamus. Erimus autem duorum Homeri, atq; Vergilii, græcoꝝ, latinorũq; facile principum auctoritate contẽti, quorum Homerus omniũ poetaꝝ antiquiſſimus, & idem ſapiẽtiſſimus in odyſſeæ libro primo Iouem hominũ, atq; deorum patrem cæteros ſuperos ſic alloquentem facit.

Homerus odiſſeę. i.

Ω πόποι, οἷον δῆνυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ᾽ ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε᾽ ἔχουσι.

Quæ carmina nos ſic cõuertimus.

Heu facinus ſtulte mortales numina dãnant,
Et referunt nobis, quidqd ſenſere maloꝝ,
At p̃ter fatũ mens ſtulta eſt cauſa doloris.

Poterat ne apertius Homerus fati tollere neceſſitatem? Qui non homunculorum quempiam, qui ſępe ſolent de fato ſententiam cum fortuna cõmutare, non aliquem vulgarium deorum, q forte poſſet quid ſit verum ignorare, ſed Iouẽ ipſum optimum & maximum deorum, cui par

sit in ꝑpatulo esse qdquid aliis arcanũ eē videri possit, inducit, qui sic de fato sniam pronũciet, vt immunes ꝑrsus ab omni fatali necessitate, mentes humanas cõstituat. Virgilius aũt nõ ex alicuius infirmioris dei, aut laborãtis hominis ꝑsona, cui dũ seruiunt poetæ, sępe aliter loquũtur q̃ sentiant, sed ex animi sui iudicio totã de fato sniam vno illo versiculo, de Didonis morte locutus cõplexus est.

Verg. ęne. iiii.

Nã quia nec fato merita, nec morte peribat.

Manifestissime docẽs & fatũ nihil eē aliud quã naturã, & q̃dã ꝓter fatũq; ꝓter naturã fieri. Quid n. aliud est nõ fato perire, nisi qđ ipse exponẽs ait, nõ merita morte .i. nõ ea q̃ naturæ ꝑsertim muliebri debebať, sed accersita & ꝓter naturã, nõ peribat ãt fato, aliquid ergo ꝓter fatũ efficiťur, nõ igitur omnia fatali necessitate fiunt.

Atqui hæc quidẽ fere sunt rões, hęc argumẽta certissima ab vsu reꝝ ipsaq; natura ꝑfecta, quibus aptissime fatalis necſsitas refelliť. Quibus cũ sacraꝝ lraꝝ testimonia quadrẽt ex amussim, ac plenissime cõsentiãt, efficitur, vt vna sit, eadẽq; cõstãtissima snia in hac cã diiudicada philosophoꝝ, & theologoꝝ, quot quot hactenus, siue sub lege, siue sub gra recte senserũt de vera religiõe. Loquor ãt de rebus, q̃ moraliter, vt ipi

Eadẽ sentẽtia theo. & phi.


loquũť, vel bonę vel malę ſunt. Nã de iis, in q̃bus grã deſideratẽ dicã in argumento℞ Lutheri cõfutatione. Sũt.n. teſtimonia ſacra℞ lra℞, non ancipitia, nõ dubia, nõ obſcura, ſed q̃ luce clarius humanæ volũtatis liberã eſſe facultatem cõteſtãť, & quidẽ tã multa, vt ea moleſtũ ſit annumerare. Cuiuſmodi eſt illud Eccliaſtici. Deus ab initio cõſtituit hominem, & reliquit illum in manu cõſilii ſui, adiecit mandata & p̃cepta. Si volueris mãdata cõſeruare, cõſeruabunt te, & in ppetuum fidẽ placitã ſeruare. Appoſuit tibi aquã & ignẽ, ad qđ volueris porrige manũ tuã. Ante hoiem vita, & mors, bonũ, & malũ, qđ placuerit ei dabiť illi. Qui locus tã aperte, tam ſine circuitiõe, tã ſimplr, arbitrii libertatẽ explicať, cõſtituit, atq; tueť, vt ſiqs nrm ſibi velit teſtimoniũ ex induſtria cõfingere, nõ tñ aptius aliud excogitare poſſe videať. Simile huic eſt illud Deuteronomii. Cõſydera qđ hodie poſuerim in cõſpectu tuo vitã & bonum, et e contrario mortẽ & malum, vt diligas dñm deum tuum, & ambules in viis eius, & cuſtodias mãdata illius, & cęrimonias, atq; iudicia: & viuas atq; multiplicet te, bñdicatq; tibi in terra ad quã ingredieris poſſidẽdã. Si ãt auerſũ fuerit cor tuũ, et audire nolueris, atq; deceptus adoraueris deos alienos,

Eccle.xv.

Deute.xxx

& seruieris eis, prædico tibi, q͵ pereas & paruo tẽpore moreris in terra, ad quam Iordane trans misso ingredieris possidẽdã. Testes inuoco hodie cœlum & terram, q͵ proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam & tu viuas, & semen tuũ. Quæ verba si motus animorũ in alteram partẽ ferrentur necessario, non solum essent superuacanea, sed etiam ridicula, & indigna prorsus homine sano, ne dũ eo in quo spiritus dei eloqueretur. Sed ne singula referamus, quæ sunt propemodum infinita, his adde præcepta & exhortationes q̃bus refertũ est vetus & nouũ testamẽtum. Quæ proculdubio si nihil sit in nostra potestate, omnia non dico essent inutilia, sed stultissime traderentur. Ac altissima quidem (vt spero) fundamenta iecimus causæ nostræ, eandemq; grauissimorum testium auctoritate, & magnis argumentis confirmauimus. Nũc quia satis huius libri creuisse videt' magnitudo, ne cõtinens lectio possit intentionẽ tui animi longitudinis tędio defatigare, reliqua in altero volumine persequemur.

Io. Genesii Sepuluedę ad Io. Toletanum Episcopum Cordubensem De fato & libero arbitrio, Liber secundus.



Atalis necessitas pręsul grauissime quantopere non solum cum religione christiana, sed etiam cum sensibus, atque vsu rerum, omniq; ratione naturali pugnet, abunde, vt videmur, superiore libro demonstrauimus. Sed quoniam veritas in quæstione quaque tunc maxime dignoscitur, si argumenta cum argumētis conferantur, in hoc volumine explicabimus primum, deinde refellemus rationes quibus ducti prisci quidam philosophi, omnium euentorum necessitatem induxerunt. Nam qui Aristotelem in hac sententia fuisse tradunt, maximo ii quidem in errore versantur: nihil enim magis a dogmatis aristotelicis, q̄ fatalis necessitas abhorret. Cum ipse libro περὶ ἑρμηνείας. de futuris cōtingentibus accuratissime disputet, funditus tollens ipsorum certitudinem, & in locis prope dixerim infinitis de possibili & contingente, mentionē faciat, vbiq;

De arist. sententia.

constantissime naturam ipsorum asserens, quę funditus tollitur omnium actionum necessitate. Ad summam cũ ipse in sexto libro eius operis, qđ est de prima phia, non obscure, aut paucis verbis, sed palam & accurate testimoniũ dicat in talem agendarum efficiendarũq; reꝝ necessitatem, atq; eam pronũtiet sentẽtiam, quam nos in hac quęstiõe, vt verissimã, & tũ cum sensibus, atq; vsu reꝝ, tum cum religiõe christiana, ex amussim cõgruentem latius explicantes tuebimur, vt facile appareat, qui de aristotele talia memoriæ prodidere, hos aristotelica prorsus ignorasse, aut certe ꝑ q̃ leuiter attigisse. Veteres igr̃ isti philosophi, vt ipsoꝝ opinionem, quatenus ad hanc q̃stionem pertinet, explicemus, velut confessum, & indubitatum assumunt, mundum hunc, qui vnus esse intelligitur, & cuncta in se ab animali natura, ratione, ac intellectu vigente gubernatus complectitur, omniũ rerum dispositionem, & gubernationẽ sempiternam obtinere, consensu quodã certoq; ordine ita procedentem, vt priora sequentibus, vt efficiantur, sint causæ. cunctis rebus tam arcte mutuo cõnexu colligatis, vt nulla effici queat, quã velut causam non alia statim consequatur, atq; eidem adhærescat, nec rursus aliqua dissolui,

Ciceronē designat.

vt nõ secum quampiã ex posterioribus trahat, velut sibi colligatã, ad summã vt sit necesse, q̃d quid fiat, post hoc aliud, q̃d ab ipso velut a causa pendeat cõsequatur. Nihil.n.eoꝝ quæ in mũdo sunt, nec esse, nec effici sine causa posse, vt pote in quo nihil a cunctis prioribus absolutũ, & seiunctũ habeat. Fore nãq; vt mundus distrahatur, nec in vnitate, quã propter vnũ ordinẽ, vnãq; gubernationem habet ꝑsistat, siquis motus citra causam inducatur. Induci autem nisi omnia quæ sunt, quæque fiunt: causam habeant antecedentem, quam necessario consequantur. Itaque nõ magis fieri posse, vt quidquam sine causa, q̃ vt ex nihilo efficiatur. Deinde omnia quæ in mundo extra intraque lunarem globum fiunt, virtute quadam cœlesti gubernari: multarum rerum, atque ipsorum sensuum argumento nituntur confirmare. Constat enim æstus maris reciprocantis cõstanti vicissitudine lunarẽ motum affectari, solis vero accessu arbores frondescere, campos floribus, herbisq; vestiri, eodẽ regrediente, cuncta in diuersum communi, notaque causa cõmutari, cum alia sint, quæ peculiari, & ignotiore, sed ꝑculdubio cęlesti moueãtur, vt pulegiũ:

quod ipso die brumæ florescere grauissimi au-
ctores prodidere. Quod ipsum in animalibus
nihilo secius exploratum esse contendunt. cum
pleraque omnia ad venerem, ad pugnam, garri
tus, locorum mutationes, tempora causis prę-
scripta cœlestibus obseruent. Iam hoïes quos-
dam iracundos nasci, alios ingenio mitiore, nõ
nullos in libidinem pronos: & alios ad alia na-
tura procliuiores, sed omnes ea conditione vel
fęlici, vel aduersa procreari, quam cuiq; astra,
ipsaq; natura vel mater, vel nouerca nascẽti tri
buerit. Quæ cum sint in compto vera, & vsu re
rum explorata, ad eundem modum de cæteris
rebus esse statuendum, quarum causæ sunt no
bis occultiores. Cũcta enim velut catenatis cau
sis, a cœlestibus proficisci, atq; inde velut a fon
te perenni latenti fluxu dimanare. Ita cũ causæ
primæ sint necessarię. (Sũt. n. cęlestia q̃q; neces
saria) fieri vt q̃cunq; opa, q̃cunq; actiones, ét in
caducis rebus edãtur, ineuitabili necessitate ꝓ-
cedant. Prorsus vt ipse quoq; rationis siue ex-
pers, siue compos appetitus quidquid velit,
huc impulsu quodam, necessario ferãtur. Nã
appetitum ab intellectu verbi causa moueri,
hunc a viso, siue imaginatione, visum a sensu,
porro sensum a rebus quibusdam externis, ipas

ab aliis, donec sit ad cœlestas causas peruentũ, quæ cum necessariæ sint, & æternæ, vt cæteris rebus, sic & appetitui necessitatem impartiantur. Eadem ratio est, si appetitum ab ipso protinus sensu, vel a viso moueri facias, cum semp initium a cœlesti quasi capite repetatur. Nec enim fieri posse, vt causa omni ex parte eodem modo sese habente, res iam sic, iam aliter eueniat, futuro alioquin motu quopiam sine causa. Item fatum ipsum naturamq;, & rationem, qua vniuersum gubernatur, deum esse aiunt, q cunctis in rebus insit, quæ sunt, quæq; efficiuntur. Ita res singulas ad normã, gubernationẽq; vniuersi propria natura, suoq; fato fungi, ex huiusmodi enim rerum obseruatione natam esse aiunt chaldeorum doctrinam, quę astronomia nuncupatur, qui ex cuiusq; genitura mores hominũ, ingeniumq; mirabiliter identidem prędicant. Quod si Chaldeorum prędictiones cõtrario rerum euentu nonnunquam refelluntur, tribuendum id esse partim ipsorum, qui prædixerint, artis ignorãtiæ, partim communi hominum imbecillitati, cui non datur ad rerum cœlestium cognitionem præterquam tenuissimã, quanlibet magno studio, atq; diligentia peruenire. quæ si mortaliũ cuipiã pfecta cõtingeret,

Argumẽtũ ab astrologorum pdictiõibus.

dubium non esse, quin is omnia, quæ sint cuiq; hominum euentura, prædictione certissima esset vaticinaturus, cum omnia conserta contextaque sint naturali causarum colligatione.

Arg.a deorũ oraculis

Quam sententiam deorum oraculis atque vaticiniis vel in primis confirmant. Nã ne deos quidem quorum sint certissimę prædictiones, futura posse cognoscere, nisi ad ea spectarent, quorum sic causæ natura contineãtur: vt ipsa fieri sit necesse. Itaq; vidisse Apollinem necessariis causis contineri, vt ab ædipo laius pater necaretur, & iocasta mater duceretur vxor, ac idcirco futurum id multo ante prædixisse, quod si posset aliter euenire: certũ esse deos sępe mentituros, & falsa fore ipsorum vaticinia. Aatq; hę quidem sunt rationes quibus nonnulli philosophorum, vt fati necessitatem assererent, ducti esse videntur, & quas Lutherum secutũ fuisse certum habeo. Ipse tamen ne parum religiosus appareat, ac vt lupus rapacissimus, vestimẽto ouis indutus, securiores christianorum animas inuadat, nulla philosophorum facta mentione, simulat se sacrarum litterarum auctoritatem, ac testimonia sequi, quas suis dolis & portentis vt seruire cogat, cunctis rationibus elaborat. Sed cum hoc in tertio libro, quo eius

argumenta, ipsorumque refutationem reserua mus, complura.

Nunc ad stoicos, & qui porticum ipsorum ful cire putabatur Chrysippum. hoc enim nemo fatalem necessitatem pertinacius asseruit, neq; id quidem præter ipsorum consuetudiné, quos nihil nisi paradoxon & præter hominum fidem loqui solitos esse, testantur veterum scripto rum monuméta, plutarchi i primis, cuius extat opusculum, cui titulum fecit, quod incredibi liora stoici tradunt, q̄ poetæ. Quorum stoi corum rationibus dum sic plane & aperte re spondeo, vt nihil dissimulatum, nihil in excus sum relinquatur, te pater amplissime, & in te omnes prudentes, atque pios, quibus hæc nostra legere libuerit attento animo (neq; enim opus est dicere non repugnante) adesse per uelim. Quanquam profecto falsa istorum, & incrdibilis opinio eiusmodi est, vt ad refellen dum nullis rationibus extrinsecus allatis in digere videatur. cum ipsa se proculdubio con ficiat, secum pugnet, ab omni rerum vsu dis sentiat. Nam quod primo loco aiunt, res omnes posterioribus esse causas, quæ mutuis quasi vinculis sic inter se connexæ sint, vt a primis pendeant secunda, & proxima queq;

Chrys. pti nacissimus fati patron⁹

Refellitur primū fun damentum stoi.

cum præcedentibus coherescant, atque id fati tanquam substantiam esse interpretantnr, hoc quis non videat, q̄ longe ab vsu rerum & sensibus nostris abhorret? Nam cum patres filiorum causæ sint (oportet enim vt causæ per propietatem repetantur, vt hominis homo, equus equi sit in causa) qui liberis nunquā operam dedere, sunt tamē cuiuspiam filii, aut ante procreandi ætatem decessere, eós quorum tandem posteriorum causas esse dici conuenit? Multi enim debilitantur, aut penitus abolent, antequam vires indepti fuerint procreandi, quos p̄fecto non video cuiusrei causas esse dici oporteat. Age vero excremēta, quæ per nōnullas corporis partes egeruntur, item mōstra quę præter naturam eueniunt, & sæpe adolescere nequeunt, sed protinus abolentur, quarū tandem rerum causas esse putamus? q̄d si cortex in amygdalis, exempli causa, testę gratia generatur, testa rursus propter nucleum, & stirpes idcirco irrigantur, vt crescant, & fructum ferāt, plurima tamen in eisdem inuenias, quæ nullam huiusmodi rationem habeant, vt corrupti fructus, siue nuclei, vel qui prorsus exaruerunt. quos profecto nullius rei posterioris causas eē dici potest. vt si verū quærimus, facile apareat,

quēadmodum

quemadmodum non omnia possunt efficere, sic non quidquid fit causam habere, nisi forte ex accidenti, neque esse vel fore, rei cuiuspiam alterius causam. Nam quod isti talibus victi ratiōibus ad causarum effectuumq; ignoratio- rōem confugiūt, quid aliud agunt, q̄ rebus dif- ficillimis facilitatem prętendunt, latebram mē dacio fabricantes? Hac enim ratione, vel absur dissima quæq; liceat defendere, & specie cōmē titia prætexere, velut causas quasdam, easque probabiles, sed nobis ignotas obtineant. Quæ si vera sunt, multa nimirū citra causam efficien tur. q̄q ne oratio quidem illa, vel si maxime veram esse cōdonemus, magnopere vrget, alie- num videri quidq̄ effici, quin causam habeat antegressam, nec id sententiam nostram labe- factat. Nam & nobis ommissa huiusmodi re solutione, & consequentium causarum necessi tate, constanter tamen, hōc ipsum tueri licet. Atq; adeo si proprie rerum efficiendarum cau sas libeat inuestigare, nihil vnq̄ sine causa effici reperiatur. At non protinus quidquid futurū est, id omnino fatali necessitate procedet. Neq; enim si Philippus sit, statim vt Carolū aut Fer nandum, alium ve filium generet, sitq; postero rum cā necesse est. At si Carolus fuerit genitus,

Nihil fieri sine causa, non est ar- gumētum necessitatis

nota

vt a patre tanquam a causa genitus sit oportebit. Nam vt iacto fundamento, domum fieri non est necessitas, sed domo ædificata, iactum fuisse fundamentum, est necessarium, sic de causarum necessitate in operibus naturalibus opinari conuenit, vt non prioribus posteriora necessario succedant, sed posterius effecta, aliquã ex necessitate causam antecedentem obtineãt. tametsi quædam huiusmodi sunt, vt habeant illa quidem causam, non tñ propriam, atq; hucdum ageret spectantem, sed quam accidentariam nuncupamus. Thesaurus.n. si cui serendi gratia fodienti repertus est, causam, vt reperiretur, fossioné habuit, non tñ propriã, nec hoc ipsum ágété, vt thesaurũ inueniret. Nã causę quę proprie intelligũtur, necessario, & semp, vel certe magna ex parte, qđ petunt assequuntur: accidentariæ vicissim raro. Atq; hac quidem rõne simul absq; causa nihil fieri cõfirmare licet, simul casum, & fortunã, possibile item, atq; cõtingens tueri, quaꝝ rerum istis solum vocabulum retinetur. Iam quod esse potest apertius mendacium, q̃ quidquid aliud sequitur: hoc ab illo existendi causam mutuari, & quidquid antecedit, causam esse consequenti, cum in plerisq; rebus, etiam quæ nullo temporis interuallo inter se

consequuntur; constet prius non esse causam posterioris. Ni si forte putamus, incessus statũ esse causam, noctis diẽ auctorem, quod profe-cto non magis verum est, q̃ si quis tempestatẽ causam esse malatiæ dicat, aut æstatis effectri-cẽ hyemẽ. Vt merito demiremur istorꝫ seu insci tiam, seu pertinatiam oportet appellare, qui vt de tempestate, & malatia diximus, sic rerum na turalium causas efficiendi tradunt. nimirũ vt prius semp posterioris causam esse contendãt, ad hunc enim modum quandam velut catenã, & perpetuum causarum ordinem connectunt, quominus quidq̃ sine causa efficiatur, non intel ligẽtes videlicet compluribus in rebus priora, vt statim dicebamus, nihilo magis esse causas posteriorum, q̃ statum incedendi. Constat enim nec statum incessui, neq; hunc illi vicissim esse causam, sed vtrique stantis, ac incedentis volũ tatem. Dierꝫ ãt atq; noctium quibus status est ordo, atq; cõstãs vicissitudo, vnã eãdemq; cãm esse, cui põt esse dubitabile? Exploratũ est.n. ip sarũ, & succedẽtiũ anni tẽporꝫ cãm esse solis cir cumactũ, qui p obliquũ circulũ, quẽ signiferum nũcupamus accedẽdo & recedẽdo vagat̃, & au ctor est plurimarum rerꝫ vicissitudinũ. Nõ igi tur nox, & dies, hyems, & ęstas iter se catenatę,

consertæq; sunt, vt alterum alterius causam eē concludatur. Nec ob eam rem periculum est, ne mundus, & rerum quæ in mundo sunt, vel efficiuntur, vnitas dehiscat, & in partes diducatur, cum satis valeat solis huiusmodi motus, continuitatem harum rerum conseruare. Neq; nisi incedendi, status fuerit in causa, protinus temere, & citra causam fuerit incessus. Ex quo licet intelligere huiusmodi causarum cōnexione ab istis excogitata, non recte causam esse redditam, cur nihil temere efficiatur. Nā vt motus, & tempora a quibusdam causis proficiscunť; non tamen motus a motu, neq; tempus a proxime antecedenti tempore velut a causa dicitur emanare, sic de rebus statuendum est, quæ in tēpore, & per motum efficiuntur. At est inquiūt rerum efficiendaꝝ aliqua causa, propter quā mundus vnus est, atq; sempiternus, & semper eodem modo gubernatur. Est omnino, & hāc quærere, & quænam sit statuere philosophi vel in primis partes sunt, non tamen sic est accipiēda, vt recētius a seniore generetur more nascētium animalium.

Adde quod nō quiuis ordinis excessus dissipat ordinem vniuersum, nec res ordinatas labefactat. Sed quemadmodū nō quęcūq; principis

imperii transgreſſio regnum affligit ſtatum ve ipſius euertit, ita ſi quid tale in ipſo mundo cõmittatur, perſtat tamen vniuerſi fœlicitas, neq; idcirco machina eius diſſoluit. Nam ſi res haberet quemadmodum iſti arbitrantur, quid eẽt mortalium vita, niſi ludus quidam naturæ tragicorum aut comicorum fabulis ſimillimus? p̃ſonas ſingulis hominibus quas naſcẽtes induiſſent, ſic agẽtibus ad naturæ præſcriptum in vita, vt hiſtriones in cæna ſolent ad dictata poetarum. Et profecto non aliã cauſam fuiſſe puto, cur ſemper vel Democritus cachinnaretur, vel Heraclitus ploraret, niſi quia cum vterque verſaretur, vt diximus, in hoc errore, vitam noſtram ludum eſſe putabant, quod alteri ridiculum, alteri videbatur miſerandum, cũ eſſet magis ſtultitia ipſorum ridenda & miſerabilis, qui putarent hominem tam perfectum animal, & diuinitatis particeps, ad ludibrium, & iocum deo naturæq; fuiſſe procreatum. Quod vero aiunt de cœleſtibus corporibus, ipſorum virtute res natiuas, atq; mortales gubernari, id in noſtræ ſententiæ confirmatione ſatis quam vim habeat, arbitror eſſe declaratum, gubernari q̃dem mortalia corpora vel plurimum cęleſtibus motibus, nõ tñ idcirco fieri cuncta neceſſario.

Quid Democritus ſtulte rideret, Heraclitus ploraret.

At sunt causæ cœlestes necessariæ, sunt nimirum, nec istud nos inficiamur, si tñ hoc dicis, corpora cœlestia ipsorumq; motus, quæ sunt nostratibus causæ, sempiternæ ac immortalis esse natura, sed hinc non efficitur, vt ipsorũ cuncta opera necessario procedant, tunc fieret, si necessarias diceres quasi suũ opus necessario pficiẽtes. Sed qđ sumitur falsum est in eo sensu, corpora cœlestia causas esse necessarias, pterquam in quibusdam rebus, certe in caducarum rerum indiuiduis nihil habet veritatis. Et si .n. sol & sophroniscus causæ fuerunt socratis procreandi, tñ sole atque sophronisco existentibus fieri poterat, ne Socrates generaretur. Nam quod causa eodem omnino sese habente modo fieri posse negant, vt res tum sic, iam secus efficiatur, hoc qm̃ de causa duntaxat efficiente, qualis est cœlestis loquũtur, probari minime potest, cum sit in ipsa materia momẽtum vel maximum, atq; pro eius discrimine magna plerumq; varietas operum ab eodem efficiẽte sine vlla ipsius mutatione manet. Quando ignis eodem tempore ceram liquafaciat, quo lutum concernit, aridum lignum comburat, quo virens & madidum ne calefacit quidẽ. Cui similis est astrorũ atque motuum cęlestium ratio in res nostrates.

Quõ cœlestes causæ sint necessariæ.

Magnum momentũ in materia.

atque caducas. Neque enim ſemper arcturus exoriens tempeſtatem facit. quid ita? quia tempeſtatis materia nō ſemper, aut in omni tractu eſt quanto, vel quali ad vim cœleſtem excipiēdam accommodata. Qđ ſi a rebus naturalibus fatalis neceſſitas manifeſtis rationibus excluditur, quid tandem exiſtimare conuenit de humanis actionibus & motibus animi volūtariis? Quanquam mirum eſt profecto, quæ iſti portēta confingant, dum humanis actibus eandem, quam rebus naturalibus neceſſitatem imponere machinantur. Sic enim differunt, cum plurimæ rerum atq; eædem interſe diſtantiſſimæ naturæ habeantur, ſiquidem non ſolum inter animata & animæ expertia naturæ diſcrimen exiſtit, verum etiam animantium inter ipſa, pro ſua rem qnanque natura officio ſibi delegato fugi atque proprium munus obire, vt qui fiunt a terra, natura terræ efficiantur, ignis q̄ ab igni, animalium quæ ab animalibus. Quod autem pro ſua natura cuique rei efficiatur, id vt aliter fiat, fieri nullo modo poſſe contendunt, fieri igitur neceſſitate. Nam hoc eſſe fieri neceſſitate, non vi allata fieri, ſed aliter effici non poſſe, vt lapis ſi

demittatur nulla incussa vi descendit, sed sponte sua & pronitate naturali, simili modo ignis nullius violentia conscendit, ne tamen sua spõte efferatur, fieri nequaquam potest. quod cũ argumento, vt ipsis videtur inuicto collegerũt, se nescire profitentur, cur in animalibus quisq̃ his animaduersis aliter putet euenire. quippe quibus suus propriusq; motus sit ab ipsa natura tributus, quem naturalem impetum siue appetitum esse tradũt. Quãdoquidem omne animal, in eo quod est animal, per appetitum moueri aiunt, sic fato per animal illum motum obeunte. Ita cum motus omnes, & omnia mundi opera partim p terram exempli causa, partim per aerem quædam per ignem, alia deniq; aliorum ministerio a fato perficiãtur, quædam effici per animalia, quæ tamen nihilo minus, q̃ cætera fatali necessitate fiant, quanquam quia p animalia fiũt in animalibus esse ac ipsorum potestate dicantur, cũ hoc solo discrepent ab aliis motibus, quod hi per impetũ siue appetitum, cæteri per grauitatem, leuitatem, frigus calorem alias ve causas edantur. Ex qua sententia iã error ille manifestissimus consequitur, nulla rõne tolerandus, vt neq; inanimatis animalia bruta, neq; his homines vlla ex parte pfectiores habeantur

Sequit̃ hominem nihilo pstare brutis.

habeant. Quid enim refert grauitate, an appetitu seu voluntate res moueantur, si tam hæc q̃ illa ministra duntaxat est, & merum instrumẽtum fati? Nisi forte (quod nemo sanus diceret) inter fabrorum instrumenta malleum incude, vel hanc forcipibus nobiliorem, aut perfectiorem esse putamus. At sentiunt animalia, cũ cætera sint huius facultatis expertia, intelligit homo, quod aliis animantibus non datur. Et quid tandem hoc est prærogatiuæ? si cum multa & varia itellexeris in oppositum fati conari nihilo magis queas, q̃ lapis in sublime conscēdere. Atq; adeo nostra conditio hoc esset, q̃ nõ intelligentium deterior, quo sumus in rebus dignoscẽdis perspicaciores. Cũ cætera ea tm̃ via ingrediãtur, quæ ab ipsis sola cognoscitur, nos cum multas & diuersas cognoscamus, vna tamen, & ea pessima plerunq; ingredi, fatali necessitate compellamur. Neq; enim refert, quã nos ratione fatum cogat volentes, an inuitos, cogit certe, vt nihil intersit blandiciis imperiosis quisquam, an minis ad præcipitium deducatur. Constat autem hoc esse falsum, & animalia muta inanimatis esse potiora, hominẽ vtrisq;, non igitur fiunt omnia necessitate, scilicet qm̃ multa sunt in potestate animalium, non hoim

Deterior ẽẽt hoĩs q̃ brutorũ cõditio.

tantum, ſed etiam brutorum, quanquam nō
proprie nec ita, vt in ipſis liberum arbitrium in
telligamus. Errat enim ſiquis putat canem ver
bi cauſa, cum ad biuium peruenerit neceſſitate
naturali, qualis eſt in motibus inanimatorum
alterutra via procedere, quin ſit quodā mo-
do in ipſius poteſtate cōſiſtat, an pergat hāc, an
illam viam ingrediatur, niſi quod quemadmo
dum homo rationis, ſic propemodum ille iudi
cio ſenſus obſequitur. vt indicat ſæpe ipſius in
talibus locis cunctatio, & vagi nonnunquam
diſcurſus recurſuſque inueſtigantis. Atq; hoc
quidem mihi potiſſimum animalia a non ani-
matis differre, & ipſis præſtantiora eſſe viden
tur. Quandoquidem lapidē ita ſemper moueri
notamus, vt niſi rē quapiam externa cum de-
ſcendit excludatur, curſum teneat ad perpen-
diculum, nec ante conſiſtat, q̄ ſit nactus locū
ſibi naturalem, cui ſimilis eſt ratio cæterorum
inanimatorum, humana vero voluntas hoc
plus habet, q̄ impetus animalium libertatis,
quod licet voluntas ab intellectu, ſenſu, aut
viſo bonum vel boni ſpeciem oſtentante mo-
ueatur, nihil tamē horum eſt cauſa, quæ ipſam
Volūtas cogi non pōt. cogere ſic valeat, ne integrum ipſi reſeruetur,
rem propoſitam reiiciat, an amplectatur. an

Nam & si valuntas semper spectet ad bonum, identidem tamen intellectus in eadem re duplex & diuersum bonum ostendit, exempli causa vtile si petatur, si fugiatur honestum, quod cum accidit, in potestate voluntatis est, vtrũ bonum prosequi malit, vtile asciscendo, an honestum reiiciendo, vt dubium esse non possit, quin facultatem habeat oppositorum. Ad summam tam vaga est atq; libera volũtas (ne quis eam trahi semper maiore bono, aut ipsius specie cauilletur) vt in re quam vtilem simul, & honestam, adde etiam, si placet, iocundã intellectus iudicauerit, possit, vt edere volendo, sic actionẽ suam nõ volendo continere. Si non valet rem etiam auersari, omni bono fastidito, vt dicat iuxta poetam, video meliora proboq; deteriora sequor, cuius rei, siquis confirmationem requirit, experiatur in se ipso, nullum argumentum præterea desiderabit.

Sed isti cum rerum omnium fatalem necessitatem inducerent, tñ velut metuentes inuidiam, ne si incredibilia, & cum hominũ consensu pugnantia præciperent, in eam impudentiam inciderent, quam Martinus, vt est mortalium impudentissimus, ne minimum quidem reformidauit, liberum arbitrium tueri quacunq; Pudẽtiores stoici, q̃ Lutherus.

potcrant ratione conabantur. In quo illud cō stanter in primis adiiciebant (est enim huic opi nioni maxime cōsentaneum) liberum arbitriū non magis hominum, q̄ cæterorum animaliū naturam attingere. Eos igitur motus in pote= state animalium esse dictabant, quibus fatum per animalia fungeretur, & cum ab ipsis quæ= ritur, qui fieri possit, ne sit liberum arbitriū sub latum, si res omnes fatali necessitate fiant, ter= giuersantur, & incommoda, vt cunq; possunt, effugere tentant. Sed nihil proficiunt, nam p̄= ter nomen arbitrii nihil animalibus pręcipui re linquitur. Aiunt enim liberum arbitrium posi tum esse in appetitu & assensione, atq; id demū esse animalia libero arbitrio fungi, nō citra sen sum in sublime vel deorsum ferri pronitate na= turali, vt ignem aut terram, sed appetitum & assensum, quocūq; is vel ducat, vel reuocet asse ctari. quod est haud dubie falsum. Neq; enim libero arbitrio tunc animal vtitur, cum speciē seu visum obiectum insequitur, & in id quod vi detur impetit, sed hoc esset fortasse munus li= benter obire. At non si quid est libens, id proti nus a libero arbitrio proficiscitur. Est enim li bens quod ex assensione non violenta proce= dit, in nobis autem nostroq; arbitrio id esse dr̄,

Nō est idē libēter, q̄d libere agerē

quod cum ratione & consilio administratur.
Ita quanquam sit libẽs quidquid est in potesta
te nostra, nõ tamẽ licet reciprocare, vt vicissim
omne libens sit in nostra potestate. Nam quid-
quid animalia rationis expertia impetu & as-
sensione faciunt, libenter faciunt. liberum vero
arbitrium homini peculiariter est a natura tri-
butũ. Quid est.n. hoĩem esse rationis participẽ,
nisi rationẽ in se obtinere iudicem, & obiectas
rerũ agendarũ, fugiendarũq; species discernentẽ
atq; eligentem? Itaq; cum animalia rationis ex
pertia, qualiscunq; rerum facies obiicitur, his
obsequãtur, & easdem causas assensionum, atq;
impetus habeant, homo ratione præditus est,
qua rerum agendarum visa extrinsecus allata
diiudicat, talia ne sint, qualia esse videntur, vt
falsis imaginibus reiectis veritatem rerum cõ-
plectatur: quo fit, vt sæpe a rebus iocundã spe
ciem præferentibus cohibens, quo in ipsas agi
tur, appetitum abstineat, ratione videlicet hu-
iusmodi viso refragante, & multa perinde, quæ
vidẽtur vtilia reiiciat. Vt plane intelligatur, li
berum arbitrium in assensione rationabili con
sistere, quæ a consultatione proficiscitur, ma-
gno istorum errore, quibus essẽ placet in assen-
sione atq; impetu animali. Nam quid aliud est

esse ratiōis particeps, q̃ esse principiū actionū.
Quemadmodum ergo esse animalis in eo cōsi
stit, vt impetū habeat animalē, ignis vt calidus
sit, & calefaciat (si recte hoc a quibusdam tradi
tur) Sic hominis esse in hoc, vt rationabilis sit,
idest in eo quod tam agendi, q̃ non agendi prin
cipiū obtineat, prorsus vt qui liberum arbitriū
ex nobis tollunt, eos hominem ex homīne tolle
re, non possit dubitari.

Hominem tollit, q liberum arbitr. tollit.

Nam quod aiunt quę per hominē fiunt, ea non
posse aliter q̃ per consultationē fieri, propterea
quod homo consultandi facultate censeatur, id
quidē probari nō potest, quia nō quę facimus,
omnia cōsulto facimus; Sed plerūq; instante ge
rendę rei occasione, consultationem ommitten
tes ad munus obeundū properamus. Sępe etiā
negligētia aliaue causa quapiā cōsultare pręter
mittimus, quod si quædā consulto, alia secus
per homines fiunt, per absurdum dictu est, hæc
esse in hominū potestate, quæ consulto efficiū-
tur, propterea quod nihil per ipsum aliter fie-
ri, q̃ per consultationem possit. Porro si quæ
dam consulto facimus, quædam inconsulto,
nimirum quæ per nos fiunt, ea falsum est (qđ
isti tradunt) sic fieri simpliciter, vt quæ p alias
naturas efficiuntur, quod si nobis per naturā

licet quidpiam in consulto facere, eisdem haud dubie aliud per cōsultationem efficere licebit, non id tantum quod citra consultationem fa cimus. Sed neque illud verum est, idcirco ab hominibus obiri diuersa munera, quod ex ternæ causæ eædem genere tum sic, iam ali- ter impellant, vt homo nequeat oppositum eius, quod agit efficere. Neq; enim quę p cau- sam fiunt, ea semper ab externa efficiente cau sa proficiscuntur, cum aliquid in nobis no- straque potestate ob eam rem esse dicatur, quia nos ipsi in hæc, quæ sic efficiuntur li- beram facultatem habemus, atque eorum ve- lut arbitrii & domini sumus, non causa quę- piam quæ necessitatem extrinsecus afferat. Quaproter tales motus absque causa facti es- se dici solent, scilicet quia præter nostrum ar- bitrium a nulla externa causa proficiscuntur, homo enim principiū est & causa suaꝝ actio- num. Et profecto esse hominem, nihil est aliud, q̄ agendi principium in se ad hunc modum obtinere. vt globus causam in se continet, vt per decliue volutando deferatur. Quare cum cætera externis causis obsequant̄, homo vnus aialiū immunis est ab hac obediēdi necessitate.

Homo pri cipium ē & causa suaꝝ actionum.

quoniam hoc est ipsius esse, vt principium in se atq; causam obtineat suarum actionum, & ne prorsus causas extrinsecus circũscribentes affectetur, quod ni ita esset, profecto semper in vnum scopon intuentes ferremur, & semper eodem modo iudicaremus. quod falsum in primis esse magno argumento est, quod rem iam propter sui honestatem petimus, tum propter iocunditatem, nonnunquam quia commoda nobis est & fructuosa, vt non reliquatur dubitatio, nullas causas externas esse hmõi actionũ auctores & effectrices. Quare vt qui nouit terram pondere suo descendere, animalia per impetum agere, quod talis sit ipsorum natura, is nullam causam præterea requirit, sic nulla causa inuestiganda est, cur quæ sint in hominis potestate, variis modis efficiantur, animaduertẽtibus id demum intelligi hominem esse, principium esse & causam liberã suarum actionum. Sed neq; illud verũ est, homines inito cõsilio, ei quod ipsis videtur assentire, ac perinde rerũ visum non secus atq; cæteras animantes consectari. Neq; enim quid quid videtur, est visum, cum visum simpliciter & citra rationẽ a rebus externis suggeratur. quo fit vt in animalibus rationis expertibus plurimum dominetur. At

quædam

quædam inquiunt per rationem esse talia vidētur. certe sed cum causam, vt huiusmodi esse videantur a ratione mutuētur, nemo recte visa hæc, faciesq; rerū nūcupauerit. Nam qui per pensa examinataq; re per consultationē, ipsi ac ratiotinationem astipulatur, is sibi causa existit assentiendi. Ac liberum quidem arbitriū rerum necessitate deleri, & qui liberum arbitrium tollit, hunc hominem omnino tollere satis est a nobis explicatum.

Venio ad illud argumentū de deorū vaticiniis & prẹcognitione rerum futurarū quo isti philosophi, putabant causam suā vel in primis cōfirmari, & cui cōfidit maxime omniū Lutherus. Sed hic locus aliter tractandus erit, cum huius hæretici captiones separatim refellemus, aliter nunc, dum physicos ratione naturali deorum pscietiam, & chaldeorū prædictiones, quibus similiter occurritur, allegātes refutamus. Deos enim futura præscire non solum esse probabile confirmant, sed dictu etiam nefas ab ipsis horum quidquam ignorari, hoc si verum sit, effici proculdubio, vt cuncta fiant necessitate, & fato quodam ineuitabili procedant. Quidqd enim futurum esse pcognoscant, nisi necessario vt ipsi pcognouerint eueniat, sed fieri aliter

De deorū vaticiniis.

possit consequens esse, vt sua sæpe dii opinione fallant, variaq; sit ipsorum præcognitio, rebus in diuersum atque ipsi præuiderint recidentibus. huius porro præcognitionis caput ad cognitionem referunt fatalis causarum connexionis. Neq; enim potuisse Apollinem laium ab ædipo filio obtruncandum, & matrem Iocastã vxorem ducendam esse præuidere, nisi prospexisset connexione causarum necessária contineri, vt Laius ædipum procrearet primũ, deinde seruo exponendum daret, tum hic alteri pastori, & sic regi corinthiorum polybo traditus apud ipsum ignoratis parentibus ad multã ętatem educaretur, & cætera quæ poetæ tradiderunt; nota est enim fabula quam Sophocles in ædipo tyranno accuratius exequitur, vt rediẽs ille ab oraculo Pythio ignotum patrem exasperatus in via conficeret. & postremo Thebis iocastam duceret.

Sed hac difficultate, quæ maxime omniũ quibusdam videtur inexplicabilis, se Alexander Aphrodisieus superstitiose minime patitur implicari, sed negans talem deorum præcognitionem inextricabilem nodum abscindit magis, q̃ dissoluat, vt Macedo ille Gordianum. Nam si hoc inquit rerum natura patiatur,

Responsio Alex. Aph. ad deorũ pręcognitionẽ

& fieri posse permittat, vtique futura a diis potissimum præcognosci dictu fas est, & maxime rationi consentaneum. Sin autem huiusmodi præcognitio, vt impossibilis a natura renuitur, profecto ne diis quidem futura præscire datum esse putare conuenit. Nam quæ sua natura fieri nequeũt, ea nihilo secius apud deos suam naturam retinere, cum diameter lateri fieri commẽsurabilis, ne a diis quidem immortalibus possit, nec vt bis duo sint quinq;, aut pteritorum quidquam non sit elapsum. Sed ne velle quidem deos, quæ natura fieri nequeunt, efficere. Itaq; res, quarum est ea natura, vt fieri perinde, atq; non fieri possint, deos omnino futuras, aut vicissim non futuras præscire non posse. quoniam talis facultas huiusmodi præcognitione tolleretur, quare qui velit inquit eã potestatem retinere, is deorum certam præcognitionem negabit, quod ipsum aduersariorum sermone confirmat; qui deos idcirco futura prospicere dicunt, quod ita sint futura necessario; non præcogituros, si res sese aliter haberet. vt appareat diis eandem imbecillitatem ipsorum sententia conferri; si facere impossibilia non posse, debet imbecillitas, ac impotentia nuncupari, per hãc enim

pdictionem nihilo maiorem vim numinibus, attribuunt, sed hoc præsumpto, talem rerum naturam inducunt, neq; sensibus consentanea dicentes, neq; vsui rerum cōsentientia. Siquidem eadem via liceret, multa impossibilia fieri posse concludere, vt siquis ad hunc modum colligeret. Absurdum est dictu deos ignorare, quod mēsuras, exēpli gratia quot vlnas pateat infinitum, infinitum igitur certis, atq; definitis vlnis absoluitur, diis aliter ignoraturis, quot vlnis illud mensuretur, sed quoniam futura pcognoscere datur, & talia qualia sint pręcognoscere, dubium esse non debet, quin contingentia qui præcognoscit, hic ea vt contingentia p cognoscat. Neq; enim præcognitio facit vt cōtingens necessario sit euenturum, quod ipsum licet ex diuinis prædictionibus intelligere. Nā qui ita prædicunt, vt simul consulant, & exhortentur, ad electionē actionemq; rerum opportunarum, ii profecto res nō quasi futuras necessario prædicunt. Ad summam inquit si diis isti cuncta possibilia esse dicant, sintq; etiā impossibilia, diis possibilia, nunquam tamen demonstrabitur, propter futurorum præcognitionē, vt quæcunq; fiunt necessitate efficiantur; sin aūt ipossibilia diis quoq; talia esse cōsenserint;

primum eorum partes sunt, huiusmodi præcognitionem haberi posse docere, deinde compotes deos illius esse demonstrare. quoniam neque manifestum est, neque rerum usui consentaneũ, deos ad hunc modum res futuras præuidere. Neque enim se diuinationem tollere, neque futura a diis præcognosci inficiari, sed ita præcognosci contendere, atque hominibus per vaticinia p̃dici, vt sese habet rerum ipsa natura, ne mortales ea commoditatẽ fraudentur, quæ maxia ex diuinatione contingit, vt aliqua incommoda caueamus, inque nisi deus consuluisset incidissemus. Quam Alexandri sententiam tamẽ si pias christianorum aures, hoc ipso statim offendere posse intelligerem, quod certam deo rerum futurarum præcognitionem abrogare videatur, idcirco tamen silentio nõ putaui hoc in loco prætereundam, vt ingeniosus lector ẽt atque etiam consideret, num hæc a nostrorũ theologorum decretis non longe, si æquæ interpretentur, abhorreat, qui deo tradunt futura qualia ipsa sunt p̃cognosci. Hoc est, contingenter futura, si contingentia sint. si ex necessitate necessaro. Cæterum de veri dei præcognitione, cum priuatim Martinum refellemus accuratius disputabimus.

Nunc ad Apollinis & cæterorum demonum, qui falso dii esse putabantur, vaticinia, quibus mentes mortalium eludebant, id quod verissimum est respondeamus. ignorasse illos res futuras, & vt vera quædam, sic multa falsa prædixisse, sed partim ipsorum dolis, partim hominum leuitate, factum esse ne illorum mēdatia contrariis rerum euentis apertissime deprehenderentur. Illi enim responsis flexiloquis, ambiguis obscuris oracula reddebant, homines vero quidquid euenisset, sic interpretabantur, vt ipsum oraculo prædictum esse videretur. At non nulla vere, atque adeo multa Pythius Apollo, q̄ rei certissimus euentus cōfirmaret p̄dicebat, nisi libeat mendacii oēs propemodum veterum historiarū scriptores condēnare. Certe multa, sed quæ tunc casu euenirēt, tū ordine naturali quidem, minime tñ necessario. Demones enim qd̄ causæ cœlestes ipsaq; natura vel efficiant, vel moliantur, multo exactius, q̄ sapientissimus quisque mortalium cognoscunt. Cum igitur constet naturæ conatus magna ex parte procedere, quod signa naturalia portēdere intelligerent, id fore prædicebant. Sed (quod est nostræ sententiæ sane magnum argumentum) non ignari cœpta naturæ nonnunq̄

qualia erāt deoꝝ rñsa.

causis externis, atq; casibus impediri, præser tim vbi locus sit humanæ voluntati, omnibus responsis noctem, q̄ maxime poterant offun- dentes, latebram obscuritatis adhibebant. Ea- dem fere cadunt in chaldeorum prædictiones. Neq; enim dubium est, quin mathematici nō dico casu, q̄q̄ id sæpius efficiatur, sed ex arte q̄ plurimoꝝ & hominum & annoꝝ obseruatione confecta est, quid natura moliatur cognoscen- tes, vera prędicant, sed plerūq; falsa, nō solū ob artis ignorantiam, qua ipsi cęcutiunt, aut eius- dem imperfectionem, quam isti causantur, ve rum quia non semper naturę molimina, neque pariter vbiq; procedunt. Vnde fit, vt sæpe cū pluuiam fore certissimis signis portendētibus, ex arte sua prædixerint, tamen pro ratione ma teriæ, hoc est vaporum exhalantium, qui solēt in aquam concrescere, hic abunde pluat, vbi copiosi sunt & idonei, illic materia parce sup petente guttæ cadant rariores. Alio in loco vbi hæc penitus defecerit, ne nubila quidem appa reant, quod profecto mathematicis non debe ret esse fraudi, qui pluuiā non quasi necessario in illo tractu futurā esse p̄dixerit, sed ita demū, nisi causis cœlestibus obstiterint impedimen- ta, quominus quod petūt assequant. Porro vt

De astrolo goꝝ rīsis.

in huiusmodi rebus materia & aliæ quædam externæ causæ naturæ fatiq; conatibus interdum obsistunt, sic in rebus agendis hominis vaga et libera voluntas pronitati naturali, quam solã mathematicus ex motibus astrorum potest p̃dicere. Hanc enim siquis natus parum fœlicibus astris, velit euincere, potest rebus oppositis assuescendo in tantum superare, vt in oppositum confirmatũ habitum, hoc est alteram naturam illi, qua fuit in lucem editus contrariã nanciscatur.

Nam quemadmodũ alleatori, vt dicimus plato dicebat, optimus quisq; iactus exoptandus est, sed quidquid ceciderit, eo q̃ commodissime fieri possit vtendum, quorum alterum, hoc est fœliciter iacere, non est in lusore positum, alterum est in ipsius industria, vt dexter iactus aptissime ad vincendum accõmodetur, sinister vt q̃ minime possit officere, sic expetendũ cuiq; homini est, vt optimam habitudinem a natura sortiatur, quod est supra ipsius facultatẽ, vt autem rectã confirmet ac augeat, vel prauã vicissim emendet, & corrigat, non est votis aliunde petendum, sed a prudentia cuiq; sua modo velit per consuetudinem & studium suppeditabit̃, quod Socrati & Stilponi accidisse

supra

ſupra memorauimus. Quos ſi Martinus Luterus fuiſſet imitatus, profecto nunq̃ eo malorũ ꝓceſſiſſet, neq; ſe tot tantiſq; flagitiis ſibi, & Germaniæ pernicioſiſſimis obligaſſet. Nunc cum pronitati naturali, quæ peſſima huic monſtro naſcenti contigerat, non modo non reſtiterit, ſed etiam ſacrilego, & deprauato animo ꝑ ſummum ſtudium indulſerit, quali ſua ruina multos homines inuoluerit, difficile eſt ſine magno dolore meminiſſe. Natus eſt enim Martinus (vt ab hominibus fide dignis accepimus) aſtris tam incommodis & importunis, vt ex ipſius genitura natalitiiſq; ſideribus, ſi quid veri ratio habet mathematicorum, facile appareat, ipſum ad talia ſcelera patranda maxime fore ꝓpenſum, & accommodatum. Habuit enim Horoſcopum capricornum, qui niſi aliorũ aſtrorum benigniore aſpectu temperetur, falſa religione ſolet naſcentium animos imbuere, & homines facit ſimulatores, mendaces, inconſtantes, loquaces, infidos, libidinoſos. Oppoſitio Martis & Mercurii vanitatem rurſus, & mẽdacitatem Martini confirmat, quattuor planetæ in nona cœli regione magnas eum turbas falſa ſpecie religionis concitaturum eſſe portendebant, quam vitioſiſſimam procliuitatem rõne

Genitura Lutheri.

corrigere, vsq; adeo nunq̃ tentauit, vt omni studio & opera alere, & augere cõtenderit, & cunctis animi viribus fouere perseueret.

Sed redeamus ad Chrysippũ & fati patronos stoicos, & eorum pertinaciam, quia cępimus, propriis suisq; dictis refellamus. Nam licet res in fabulis, quas illi sequuntur more veterũ agatur, ratio tamen nihilo minus valebit in martinianos. Illi.n. cum multi sint in laudanda diuinatione, quam se solis auctoribus stare profitẽtur, & hanc in fidem adducant fatalis necessitatis, non solum a vero longissime abhorrent, sed prodigia quędam, & prorsus aliena de diis cõminiscuntur. Rogati.n. cur si necessitate fatali res omnes eueniunt, responsa deorũ sciscitantibus oracula in cõsilii exhortationisq; morem reddantur, quasi accepto respõso, quędam homines & cauere valeant, & efficere, vt responsum, quod in testimonium adduci solet laio Pythium cõsulenti redditum declarat. Cui Apollo ne comittas inquit, vt filium quempiam procreeres, si procreaueris obtruncaberis ab ipso, & tota domus tua cruẽtabitur, ad hũc igit̃ modũ interrogati respõdent, idcirco deũ sic respõdisse laio, vt que fato futura erãt adimplerẽtur. Nam quę de laio atq; œdipo cõmemorantur,

non fuisse euentura, nisi Apollo eo modo respõdisset. Neq;.n. laius filium quem ebrius genuerat exposuisset, nec ille a pastore traditus Polybo Corinthio adulta ętate patrem cui ignoto ignotus obuiauit interemisset, neq; parẽtes domi educatus ignorasset, vt ꝑpter ignorationẽ alterum in via occideret, alteram vxorem duceret, vt hęc igitur adimplerentur, totaq; fatalis fabula perageretur, deũ tradunt per huiusmodi responsum speciem laio prębuisse, quasi quę portenderẽtur effugere, atq; euitare posset. Ita procreatum per ebrietatem filium exposuisse, dum putat se venientibus malis adhunc modũ occurrere, quę quidem expositio ædipi, caput fuit, & fons vnde scelera omnia, omnes impietates, & incestus tragici manarunt. Quę qui ad hunc modum edisserunt, quo pacto diuinationem eiusq; commoditates, ac deorum in homines pietatem tueantur, ipsi viderint, mihi certe tali sententia cuncta hęc euerti, atq; corruere videntur. Nam diuinatio quid esse aliud intelligitur q̃ futurorum prænunciatio ? At isti non pręmonitorem Apollinem, sed eorum quę prędicit, causam & auctorem faciunt. Nam quę non aliter futura erant, quam

ſi deus eo modo reſpondiſſet, immo quæ vt pꝑficerentur deus ita reſpondit, ea profecto a deo non prænuntiata prædictaqꝫ fuiſſe, ſed cõfecta ab eodem peractaqꝫ fateri conuenit. Qđ ſi deos cæteris vatibus aliquo pręſtare par eſt, vt certe eſt, in eo profecto pſtant vel in primis, q mortalibus vt fiant ẽt votorum compotes opitulentur, non quod eos in erumnas & calamitates inducant. Cum iſtorum interim ſermone tantum abſit, vt pythius laio fuerit opitulatus, vt omne ſtudium omnemqꝫ conatum eo contulerit, vt nullum eſſet ſcelus, nulla tanta impietas, qua ipſe ipſiusqꝫ domus non pollueretur. Quæ ſi vera ſint, haud equidẽ video, qũo ſententia Epicuri, qui deorum tollit prouidentiam, non plus habeat pietatis, aut cur omnis temeritas tali prouidentię nõ lõge debeat anteferri. Sed iſtos iam cum ſuis figmentis ommiſſos faciamus, quorum ſtudio vicẽdi eo ꝓceſſit pertinacia, vt ſiquam aliam fabulam nacti fuerint ex tragicis portentis poetarum, nihil ſint recuſaturi, quominus & fidẽ adhibeant, & inde fatalem neceſſitatem confirmare conentur. Nõ vel ſi medea narretur alienis filiis conſuluiſſe, ſuos ꝓpter pellicatũ obtruncaſſe. aut thyeſtes quidam pro cibo filiorum carnibus vſus, tam

lautas epulas fratre Atreo ministrante. Quos æquius erat, & philosophi grauitate dignius, hæc fabularum argumenta vt commentitia ꝑ pter incommoditates, quæ consequuntur re= fellere, q̃ propter argumenta tot difficultati= bus atq; incommodis implicari. quo fit magis istorum peruersitas insignis, qui non modo ab surdissimis quibusq; fidem habent, sed causas etiam, cur ratione fiant reddere conantur. Sed de his hactenus satis est enim sententiæ absur= ditatem, in q̃stione quaq; demonstrare.

Restat vt aliud argumentum, quod isti ad tol lendam liberam hominis facultatem excogita= rũt, quã vim habeat explicemus, & quam nihil procedat exponamus. Nam si ea inquiũt in no bis sunt, quorum perinde opposita efficere po situm est in nostra potestate, & hęc sunt lauda= tionum, vituperationũq; materia, in quę homi nes adhortari solemus, & a quibus deterrere, de niq; ꝑ quibus mortales tum suppliciis, tum vi= cissim honoribus afficiunt, nimirũ neq; pruden tia valere, neq; cęteris virtutibus prędítos esse, situm erit in hominũ potestate, quoniã qui vir tutem habet, non valet idem simul oppositum vitium excipere, non magis q̃ virtutem contra riam admittere, qui iam vitio aliquo teneatur,

nec qui vitiosus est, huic iam licet non esse vitioso. Atqui absurdum dictu est, neq; virtutes neq; vitia esse in nostra potestate, ac proinde nec in ipsis laudationes, & vituperationes versari. Non igit liberũ arbitriũ eiusmodi eẽ, vt vulgo homines opinãtur, sed virtutes & vitia aliter eẽ in hominũ potestate, scilicet quia quãuis effugi vel declinari nequeant, per ipsos tamen obeunt. Quod argumẽtum refellere atq; eius imbecillitatem aperire in promptu est parui q; negotii, si habitus huiusmodi, quomodo sint in nostra potestate explicuerimus. Habitus.n.non ob id dicũtur esse in nobis, postq̃ fuerint ingenerati, quia & nõ habere ẹque sit in nostra potestate. Sed quoniam anteq̃ ingenerentur virtutum aut vitiorum habitus, optio nostra est: hũc an oppositum habitum induamur. quę ratio perinde valet in artibus & disciplinis, quibus cum fuerint artifices instructi, nõ est iam in ipsorum potestate earum habitibus non esse pręditos, ante tamen q̃ edocerẽtur haberent ipsos, an non haberent, integrũ eis erat, atq; permissum, vt intelligatur, longe dissimilem in futuris, atq; in pręsentibus & prętcritis esse rationem. Nã quę sunt, quęq; fuerũt, hęc non esse vel non fuisse minime licet, quod ve-

Qũo habitus sint in nostra potestate.

ro futurum est non esse idem potest. Quoniam igitur ante virtutem obtinendā verum fuit dictu posse hunc, qui obtinuit, non obtinere, idcirco uirtutem obtinere in potestate ipsius esse dicitur, ꝙ si prudenti virtus, quā censetur, in ipso protinus ortu natura cōtigisset, neq; eius opera fuisset diligētiaq; parta, nimirum prudētem esse, nō esset positum in prudentis potestate, non magis q̄ bipedem esse, rationis ve participem, nec vllam laudē, quod talis esset mereretur. Sed homines fortasse in admirationē sui conuerteret, ꝙ à natura fuisset tam pręstāti munere donatus. Eos.n. laudibus prosequi consueuimus, qui cum essent tenui valetudine & imbecilli natura, vt valentes ac firmi essent cura & exercitatione fuerunt consecuti, studium videlicet, ac prouidentiam cōmendantes. Nam si quos nullo suo labore, ac sollicitudine, sed sponte naturę firma & robusta valetudine conspexerimus, fœlices eos & fortunatos appellamus, q; sponte his citraq; laborem suppetat, quod alii boni consulunt, si per magnos labores, atq; curas consequantur. Hoc.n. tantum abest, vt materia sit legitimę laudis, vt sępe ad imminuēdam gloriam vsurpeť, si quo excellere quispiā existimatur.

Quod natura cōtingit, non est materia laudis.

hoc ei beneficio naturæ contigisse, nō cura in-
dustriaq; ipsius comparatum fuisse dici possit,
quemamodum carmē illud homericum docet,
quo agamemnon achillis insolentiam super-
biamque coherceet,

Ili. primo

ει μάλα καρτερός ἐσι. θεὸς πού σοι τόγ' ἔδωκε

quod est latine.

Robore si pręstas, dedit indulgētia diuum.

Quod perinde, ac multo etiam magis in vir-
tutibus, si cui natura contigissent eueniret. Vt
deos immortales non laudamus propter par-
tas virtutes, quæ in eis nullæ sunt, sed propter
insitas & coęuas, ipsorumq; præstantem natu-
ram, admiratione prosequimur, quod cum ne-
queat hominibus suppetere, ne postulandum
quidē est a natura. Natura enim possibile atq;
impossibile pꝛhi metiūtur. At cū virtus ꝓpriæ
cuiusq; naturæ perfectio sit, nec fieri possit, vt
quod imperfectum est, ad perfectionem perue
nerit, ne fieri quidem valet, vt homines qui
(vt cætera) nascētes imperfecti sunt, cum vir-
tutibus procreentur. Neque tamen inficias eo,
naturam hominibus ad virtutem obtinendam
opitulari. quibus constat quædam velut semi
na virtutum cum mente ipsarum capaci natu
ræ beneficio suppeditari, q̄ si studiose curent,

Natura est mēsura possibilis & impossibilis.

& acccuratius

& accuratius excolantur, more frugum adolescunt, & fructum huberrimũ ferunt, eadem neglecta iacent, interdum ẽt funditus extirpãtur. Quę vis cęteris animantibus negata facit, vt homo licet corporis viribus a plerisq; animalibus superetur, natura tamẽ pręstãtior cęteris omnibus habeatur. Nam si homines cum virtutibus nascerentur, aut virtutum illa semina crescentibus hominibus, & ad perfectionẽ ten dentibus vltro augescerent, suaq; sponte prouenirent, vt ingrediendi robur, vt dentes, vt barba, & cętera, quę nulla nostra cura, suo tẽ pore per naturam contingunt, profecto virtu tes nõ magis in nobis essent, q̃ singula quę mo do memoraui. Ita prudentia, fortitudine, cęterisq; id genus virtutibus mortales omnes om nino, vel certe magna ex parte prędíti essent. nec laudibus vituperiis, pręceptis, adhortatio nibus locus relinqueretur, nec superesset aliud, q̃ vt virtutum diuinitatẽ admiraremur, & has sortitos fœlices esse diceremus. Sed quia res lõge aliter habet, neq; mortales cuncti, vel magna exparte (quod signũ esse solet rerum per naturam suppetẽtium) virtutibus instructos esse cernimus, sed boni consulimus, si vnũ aliquem nacti simus, qui pręsidium a meditatiõe

disciplinaq; petens, dum ferret deficiēti naturę suppetias, id cōsecutus fuerit, vt quātū belluis hoīes ātecellāt, possit eē documēto, satis itelligit virtutes cōparare, sitū esse in nostra potestate, nec immerito laudari bonos, aut vitiosos iniu ste vitupari, nec exhortatiōes eē supuacaneas, aut nequidq̄ leges adhiberi, quas ad recte beateq; viuēdū duces habeamus. Neq; vero virtu tes & vitia ob id tantū sunt in nostra potestate, qđ anteq̄ nobis ingenerarent, hoc ipm erat optiōis studiiq; nři, verū etiā quia hmōi habitibus ingeneratis, supest ēt nū facultas in nobis eosdē abiiciēdi, & in oppositos p oppositā cōsuetudinē cōmutādi. Quāuis.n.q fortis est, is timidus simul eē nō possit, pōt tamē fortitudinē, quā sibi subeūdis piculis assuescēdo pepererat, cōsuetudine rez oppositaz amittere. Eadē ratio liberalitatis & auaritię, ceterarūq; virtutū, & vitiorū, quę mores attingūt reperiet. Nā quod natura cuipiā adest, id nulla cura, nulla cōsuetudie si diuersum agas, vt saxū quod naturali atq; insita grauitate defertur, nemo q̄ libet sępe in sublime iaciendo sic afficiat, vt assuetū aliquādo ipe sua spōte superiora capessat, cū interim mores hoīm alii, & alii p discrimine cōsuetudinis efficiātur. Ad hęc in rebus naturalibus primū habi

tus a natura mutuamur, deinde officiis p ipsos muneribusq; fungimur, vt videndi habitũ non nobis ipsi peperimus, sed cũ nobis spõte natu rę suppetat, vidẽdi fungimur officio. In iis aũt quę nõ natura pueniũt, ex opibus, & actiõibus habitus nobis cõparamus, neq;.n. secus artifex qs efficitur, q̃ si artis mũera sępe ad pręscriptũ docẽtis obierit. cũ igitur virtutes p curã nobis ac meditationẽ contingãt, sępe.n.a voluptati bus tẽperãdo tẽperantes efficimur, vt fortes, pe ricula identidem subeũtes, dubitari nõ põt, qn virtutes nobis studio curaq; nostra, non sponte naturę cõtingãt.

Age vero q virtutes vitiaq; mortaliũ referũt ad fatalẽ necessitatẽ, nec libertati nostrę pmittũt, virtutũ ne via, an vitioꝝ ingredi malimus, qũo ii, si sibi cõstare velint, hominẽ ppter quẽ cęterę animãtes gignunt, & ad cuius salutẽ cõseruatio nemq; ptinet, ab eo queãt vendicare, ne omniũ animalium pessimus fuerit a natura pductus? Qm̃ excepta virtute istorũ sententia nihil est in bonis, in malis nihil, si vitiũ excludas. At cũ in cęterorũ animãtiũ nullũ neq; virtus cadat neq; vitium, homines pleriq; omnes mali sunt, atq; adeo post hominũ memoriã vnus aut alter bo nus fuisse ab istis commemoratur, vt admiran

Homo pessimus esset animaliũ p stoicos.

dum quoddã ac inusitatũ animal, ipsaq; phoe-
nice rarius. Quod si peccata cũcta paria sunt,
nec malus alter altero peior est, vt istorũ dogma
te constituitur, & qui non sunt sapiẽtes, omnes
pariter insaniunt, qui fieri potest, vt homo nõ
sit miserrimus animantium, cui vitium est insi
tum, & insania hęreditaria. Sed quia veterũ phi
losophorum fundamenta nec alte, nec constan
ter iacta esse, satis (vt quidem videmur) ostẽ
dimus ac ipsorum ratiões refutauimus, quę se
quuntur in tertio libro differemus.

Io. Genesii Sepulvedę ad Io. Toletanum Episcopum Cordubensem De fato & libero arbitrio, Liber Tertius.



N Libro superiore pręsul Illustrissime ad argumēta stoicorū q se fati necessitatis ptinacissimos patronos exhibuerūt respōdimus, ipsorūq; decreta mutua pugna cōcidere, aperte (nisi nos opinio fallit) exposuimus. Deinceps incommoda persequemur, quę communiter omnes consequuntur, qui fatalem necessitatem tueri quacūq; ratione conātur, siue fatum appellent cōnexarum cōsertarūq; causarū ordinem, vt stoicis placet, siue dei volūtatē aut pręcognitionē queādmodum Lutherus dicere videtur. Illud n. quęrere ommitto (q̄q̄ id bonorū omniū, atq; prudētium vel plurimi debet interesse) Siquis vtrāq; partem ex ęquo dubiam, atq; incertam esse statuat, nec esse magis exploratum, multa in arbitratu hominis esse posita, vt ipsi censemus, & rerum natura testatur, q̄ omnia fatali necessitate fieri, vtri opinioni assentiri suffra-

gariq;, tutius honestius, cōmodiusq; debeat existimari; cōstat.n. ad religionē moderandā, ad cætus hominū cōseruādos, & resp. administrandas, ac (vt semel dicam) ad omnia officia, oēsq; virtutes colendas longe tutiorē esse sententiā, multoq; opportuniorē, quę pleraq; hominibus ac ipsorū arbitratui pmittit. Nā si cūcta necessitate fieri hoībus fuerit psuasum, cuius animus vel ad deū colendū, vel ad hoīes virtute demerēdos, & officiū suū reip. pręstandum erectus esse poterit? aut cuius conatus ad res pręclaras gerēdas nō frigebunt, ac debilitabuntur? reputantis, nihilo secius quiescēte se, q̄ cunctis viribus, & opibus adnitente, rem p fati necessitate processurā, vt facile appareat, si neutra sentētia altera esset exploratior, indignū eē tamē eorum grauitate, qui se magistros morū esse profitentur, sententiā de necessitate tueri, & alios in eam inducere conari, quę plena piculi est, peccādiq; affert auctoritatē, & i omniū virtutū, ac totius hūanę vitę pniciē cū maximis incōmodis: quę iā explicabimus spectat. Quorum Illud est absurdissimū & pculdubio falsum, sed necessitati fatali maxime consentaneum, homines frustra de rebus agendis cōsultare. Nam si cōsilia frustra nobis ineuntur, nimirum superuacanea est ipsa cōsultandi facul

Superuacanea esset cōsultatio.

tas, qua homines natura prędítos effecit; qđ verum nõ esse, quis põt dubitare? cũ ut deũ, sic naturam ex rebus sibi ꝓpositis, quasq; pe- tit ex ꝓfesso, frustra nullã efficere & superuaca neã, cõsensus sit philosophorũ, theologorũq; cõis, simulq; cõstet, tali facultate hominẽ a deo ipsaq; natura nõ fortuitu, vel ex accidẽti, sed ex proposito donatũ & instructum esse. Cũctis aũt rebus necessario cuenientibus supuacaneã esse consultationẽ, perspicuũ fuerit, deliberãdi vsus, quis demũ sit cõsiderantibus, constat.n. inter oẽs mortales, hoc hoi præcipui præter cæ teras animantes a deo & natura esse tributũ, ne rerũ visa temere bestiarũ more cõsectet, sed ra- tiõe ꝑditus sit, qua visa, hoc est rerũ species ob latas diiudicet, atq; discernat, vt facto iudicio, si res qualẽ speciẽ prębuerit, tales esse cõprobẽ tur, visis si bona sint assentiat, & sic ad obeũda munera ꝓcedat, sin aliter, cæteris reiectis, eli gat, sequaturq; qđ oium maxime visũ fuerit expetendũ. Sæpe nãq; & plurimis in rebus cõ silia cõmutamus, rõne priorẽ opinionẽ redar- guẽte, & q̃ incõsulto fecissemus, hæc efficere ꝓ pter cõsultationẽ omittimus? qđ ita? nẽpe quia nos ipi deliberatiõis, ac electiõis, in qbus rebus cõsultatio versatur, domini sumus. Cur.n. neq; de sempiternis cõsultamus, neque de iis q̃ sunt

Quibus in rebus vers setur cõsul tatio.

Quibus in rebus versatur cõsultatio.

haud dubie necessaria: nisi quia talem consultationem superuacaneam nobis & inutilé esse natura demonstrat: Sed neq; de rebus agendis, quę non sunt in nostra potestate, consiliũ capimus, deliberationem eiusmodi nullum nobis fructum allaturam esse intelligentes. Qui n. de re aliqua consilium capit, is vtrum agenda sibi ea sit, an secus cõsultat, & simili modo siquis ad propositũ bonũ, & quasi finem pertinentia conquirat. Qui si forte, in rem inciderit, quã vel fieri omnino, vel a se fieri nõ posse cognoscat, ab ea ptinus desistit, sed alia inquirit, hactenusq; consultare perseuerat, donec id inuenerit, quod efficere positũ sit in ipsius potestate. hoc. n. simulatq; nactus fuerit, finẽ facit consultandi, velut inquisitionem ad initiũ rei gerendę deduxerit, & rem propositam, atq; deliberatam exorditur. Sic autẽ inquirit, quasi e doctus a natura sit, eẽ in ipsius arbitrio, hęc an opposita persequatur. Quę causa facit, vt prudẽtes amicos adhibeamus, ne opinionis errore labamur, & post factum male initi consilii pœnitentia subeat, quę & ipsa magno argumento est, fuisse nobis facultatem oppositum atq; fecimus efficiendi. Ad summam ne de iis quidem consiliũ capimus, quę a nobis agũtur:

si prȩterita sint, quoniã inutilis esset huiusmo-
di deliberatio, sed in hoc genere de iis dũtaxat,
quȩ futura sunt consultamus. Sperantes vide
licet ad electionem, & actionem ipsorũ, fructũ
nobis quempiã huiusmodi consultationẽ alla-
turam. Nam si de iis rebus consiliũ capere om
mittimus, ex quorum deliberatione, nullũ cõ-
modum prȩter, ipsam cõsultationẽ capimus,
dubium esse non debet, quin de quibus cõsul-
tamus, ex iis aliquid prȩterea nobis emolumẽ
tũ pariamus. Quod quid aliud esse censemus,
q̃ vt pro ea facultate, quam nobis deus, & na-
tura tribuit, quidquid velimus in huiusmodi
rebus eligendi, ea consectemur, quȩ ratio no-
bis cõmodiora esse demonstrarit, et res ipas, ve
ritatẽq; falsis rerum visis prȩferamus. Quod
citra consultationẽ non cõtingit. At si quȩcũq;
agimus, hæc ne agamus, non est in nostra po-
testate, sed agimus omnia ad superioris causȩ
prȩscriptũ, qua necessitate ignis calore afficit,
lapis descẽdit, si fuerit e sublimi demissus, glo
bus per decliue volutatur, quȩ tandem est vtili
tas, quod emolumentum, cur tam sollicite de
rebus agendis consultemus? Si quod inconsul
to egissemus, hoc inito consilio agamus est ne-
cesse, ac prȩter deliberandi sollicitudniẽ nullũ

est operę pretiū consultādi. Superuacanea est igitur, & prorsus inutilis cōsultatio, ex quo cū fiat, (quemadmodū diximus) vt frustra deus ipsaq; natura: vim tribuerit hominibus consul tandi, quod dictu nefas est, & magnū in vtraq; philosophia peccatum, furor est; profecto fu ror, non solum impietas, facultatem opposito rum hominibus in rebus agendis abrogare, & necessitatem rebus omnibus inducere. Quid n. dictu absurdius esse potest, q̄ à deo naturaq; mortales cunctos eludi studio inani, ac inutili opera consultandi?

Oēs leges essent inutiles: Sequitur prętérea ex hoc admirando decreto, id quod omnē societatē hominū ꝑuertit, oēm ciuitatē labefactat, leges tum diuinas, tum hu manas esse prorsus inutiles, nedum minime ne cessarias. Qm̄ si res oēs ad pręscriptū causę su perioris, quā isti fatū appellāt, necessario fiūt, nec hominis appetitus siue voluntas niti pōt in oppositū, non magis q̄ lapis demissus se a de scensu continere, quid tandem causę fuerit, cur leges desideremus? aut quem fructū possumus ex ipsis expectare? Nam quemadmodum lapi dem, si deferri non debere dicas, nulla tamen lege, nulla de hortatione descensum eius cohi beas, naturam suam necessario consequentis,

ſic conditores ciuitatum nihil omnino pferen dis legibus profecerint, ſi homines in ſui queq; fati oppoſitũ inducere aut ab ipſo reuocare tẽ tauerint. Nulla eſt igitur legum, ac inſtitutorũ vtilitas, cum leges agenda pręcipiant, rurſuſq; vetent non agenda, & nos ſępe in diuerſum fa tali neceſſitate reuocemur, aut trahamur eo dem, nihilo ſecius effecturi, ſi nihil lege caueretur. Sublata porro legum vtilitate, leges ſtare qui poſſunt, his autem ſublatis, perit nimirum omne officiũ, nec debet quidpiam vel dici vel haberi peccatum, vt neq; laudibus pręmiiſq;, neq; vituperiis, ac pęnis locus vllus relinquatur. Nam qui probari poteſt, vt ſi quis ignorãtia, aut vi aliqua coactus deliquerit, hũc venia dignũ eſſe dicamus, eos negemus, qui ſcienter quidẽ peccauerint, cauſis tamẽ ſe cogentibus obſiſtere non potuerint, cum ſic nati, & ab ipſa natura affecti ſint, vt non magis queant, quæ agunt non efficere, q̃ ſaxum ex alto demiſſum per ſe in deſcenſu conſiſtere. Quos ſi quis eo nomine reos faciat, haud equidem video, cur aſino exprobrare non inducant animum, ꝙ non ſit elephantus, aut porco ꝙ animam, quæ illi propter inertiam pro ſale data eſſe dicitur, potiorem non

Nemo iuſte plectetur.

fuerit sortitus, obiicere. Quis aũt Dionysius aut Phalaris huc furoris, ac immanitatis pro-cessit, vt propter huiusmodi facta inquépiam animaduerteret? Longe igitur aliter sese res habet. Et cum alii plectantur iuste, quidam in iuria puniãtur, in eos modo iuste putant mor tales omnes animaduerti, qui cõsulto nulla co géte necessitate, sed suo scelere atque nequitia sese criminibus obstrinxere. Quibus a deo na-turaq; optiõe data, factaq; copia, vtra via mal lent, virtutis, an vitiorum ingrediẽdi, cõmo da & voluptates officio, atq; honesto prætule-runt, ceteris, qui e recta via propter alias cau-sas deflexere, facile veniam per leges, & homi nes impetrantibus. At isti morum pergraues magistri, & præclarus religionis auctor Luthe-rus, quid aliud egregio suo dogmate, q̃ pec-catorum omnium & occasioné prebent, & late bram? Quo in loco eos philosophos adminor, quorũ sunt nec turpes, nec improbãdi mores, sed qui virtutis studio ac honestatis amore du-cuntur, quod non videãt, tali suo decreto fla gitiosis, & sceleratis hominibus magnam scele rum excusatioñé suppeditari. Qui ꝓfecto sibi veniam nihilo minus deberi possunt magistros cõuincere, quã iis, q̃ nolentes & inuiti in re qua

piam deliquere. Nam si suá causam, hmõi necessitaté allegantes, ne ipsis quidé preceptoribus assertoribusq; fati probare valét, dubiũ eẽ non põt, quin & ipsis & ceteris oĩbus mortalibus insitum sit, ac psuasum, nobis esse rerum agẽdarum, & secus, liberum arbitrium a deo ipsaq; natura tributũ, quos tamẽ minus miraremur, si saltem ipsorũ vita, factaq;, cũ dictis & præceptis aliqua ex parte cõsentirent. Nam q persuasum habeãt, hoibus diuersa q̃ agunt, agere per fatũ non licere, his cõsentaneũ erat neminẽ accusare, laudare neminẽ, nemini cõsulere, ad summã nullũ officium obire, quod indiciũ sit liberę in rebus agendis facultatis. Nunc cũ ceteros ad quedã peragenda non modo præceptis, sed etiã obiurgationibus adhortentur, nõne taciti cõfitentur, posse illos, nisi admoniti fuerint opposita, atq; ipsis pcipiunt efficere? Quin & libros cõscribunt ad animos adolescẽtum institutis, atq; doctrina informandos, qđ opus nõ a fati necessitate, sed ab huminitate & beneuolentia profectũ esse intelligi volẽtes, sic gloriã pro mercede laboris petunt, quasi dum scriberent officiũ lubentes, & liberi secuti sint, non coacti fatalẽ necessitatẽ. Nam Martino Luthero nihil sane est, quod hãc imprudentiã,

Factis suis redarguuntur stoici.

Cōstantior in crimine Lutherus.

aut inconstantiam obiiciamus, qui hoc ipsum agit, hoc elaborat, vt homines a religione, a virtute in omnem impietatem, scelusq; traducat, quo multorum in flagitiis societate, ipsius scelera minus turpitudinis habere videantur, nec per summum studium aliam viam cōmodiorē hac, nec magis compendiariam excogitare potuit, ad excusandum sacrilegia, & incestus, vel suos, vel eorum, quos habet satellites impietatis, & quos legitime solet fratres suos nuncupare. Vt. n. Paulus sui similes, hoc est viros sanctissimos, & qui pro christo, & euangelica veritate occumbentes, honestissimum pulcherrimumq; testimonium præbuerunt, & miraculis claruere, sic Martinus suos vt græce dicam συμπότας compotores, collenones, sacrarum virginum construpatores, breuiter quos fraudum, incestus, sacrilegii, ac omnis sceleris socios habet, fratres suos, dum Paulū imitatur appellat, Quibus cū Paulinis hæc est præclara similitudo, quod illi continentia, castitate, humilitate, sanctimonia cęteros ad christi dei religionem adhortabantur, & auctores nō solum doctrina, sed etiam exemplo sui fuerunt, vt multi bona cuncta distraherent, & piis pauperibus impartirentur, postremo

Quos fratres vocat Lutherus.

oppetita morte pro fide idem, quod vita testificati sunt; Lutherus autem cum suis fratribus homines, libidine, incestu, superbia, sacrilegiis ad omnem impietatem inuitant, seque ad vrbes, oppida, fana, obsidendum, vastandum, diripiendū duces, & antesignanos præbet. Neqꝫ interim miracula a siccariis & sacrilegis expectet, aut miret, qđ nemo ipsorū vel claudū equū, quod pulchre testat testis locupletissimus Erasmus, sanare potuerit.

Sed redeo ad absurda incommoda, quæ tam dura necessitas cogit homines, si fides errori huic habeatur incurrere, quorum & illud esse cōstat, quod hominum prudentia fatali tyrannide funditus excluditur, & peūt oēs fructus, quos maximos ab ea nos capere putabamus. Est.n. prudentia rerū hoībus agendarū fugendarūqꝫ cognitio. Et hoc a sciētia differre dicit, qꝫ sciētia est de rebus necessariis, & q̄ aliter habere nequeūt, prudentia de iis, q̄ aliter & aliter effici, aut vicissim non effici possunt, q̄ si nulla sunt, vt certe nō sunt, si cūcta necessitate fiant, prudentia nimirum non potest non esse sublata. Ad hæc si iniussu fati, hoc est præter eius præscriptum, nihil neqꝫ agere neqꝫ omittere possumus, quid obsecro talis cognitio potest

Prudentia perit fatali necessitate.

habere vtilitatis. Ad summã (ne singula, persequar) qua ratione leges cũ necessitate fati stare non posse docuimus, hac tollitur prudentia, & quidquid a prudentia proficiscitur, hoc est virtutes oẽs pereunt, oĩa officia, laudes, præmia, gloria & his opposita tollunt̃, religio itẽ & pietas, & quidquid cętus hominũ conseruat, & solet ciuitates, regna, resq; publicas in cultu dei, atq; officio continere.

Incipit in luthe℞ priuatiӡ disputare.

Nunc ad te venio Luthere, hoc est ad nefarias tuas calũnias, & sophisticas ineptias, perditissimãq; imprudẽtiã propalandũ. Sed illud prius videamus (quod est morũ ac ingenii tui clarissimum speculũ) quid ad sacrarũ litterarũ testimonia, cõmemorata, quæ tibi obiiciunt̃ respõdeas, qũo cũ apertissime libertatẽ arbitrii constituãt, possint cũ necessitate omniũ rerũ agẽdarũ cohęrere, quomodo non pugnantissime dissentire. hoc fac vt doceas, vt pręter tuos adiuratos cuipiã paulomodo doctiori, & cordato persuadeas, iã manus dabimus. Iam te plus efficisse fatebimur, q̃ si non dico claudũ equũ sanasses quod te tuosq; negat, vt mõ dicebã, Erasmus facere vnq̃ potuisse, sed mortuũ hominẽ ad vitã post quatriduũ restituisses. Quo in loco Martine memẽto causę nobis susceptę in quo

in quo versetꝰ status, ne mihi respõdeas, quasi hoc in prȩsentia quȩratur (quod tamen obiter pstringere erit fortasse necessariũ) vtrum homo per liberum arbitrium absq; propriore dei gratia prȩstare possit officia, quibus dignum, aut congruum sit, vt pro præmio sempiterna, beataq; vita tribuatur, aut saltem ad ea conari quod tu dum pernegas Erasmo, oẽm prorsus voluntatis humanæ tollis facultatem, hæc.n. ciuilis quȩstio esset, & quæ sine discrimine totius religiõis inter pios, & catholicȩ fidei assertores posset agitari. Mihi autem est tecum Luthere.i.cum hoĩe impio & sacrilego (quid.n. dicam hȩreticum & christianȩ religionis hostem) nõ pro fortunis (vt aiunt) & leuibus præmiis certamẽ, sed pro aris & focis, pro summa religionis, deniq; pro cunctorum mortalium libertate, quos ab indignissima seruitute, quã generi humão imponere moliris asserere cõstitui, & ope diuina me asserturum esse confido. Respondebis igitur mihi, prout ratio causȩ nobis susceptȩ postulat, vt actionũ cunctarũ necessitatem, quam tuo de seruo arbitrio toto fer me libello inducere laboras tuearis. Et primũ ad illud quomodo deus reliquit hominẽ in manu consilii sui, hoc est in libera sua facultate, si

nulla est hominis libera facultas, sed quidquid facit necessario facit. Per manũ inquit consilii intelligitur nõ liberũ arbitriũ, sed id quod habet Gene.i.&.ii. homo cõstitutus ẽ dominus rerum, vt libere illis dñaretur. Ibi.n. homo potuit in rebus suo arbitratu agere. Rogo te Luthere intelligis quę dicis? aut tã cæcus es, ac furens, vt tuorũ verborũ non videas repugnantiam? qui simul negas arbitrii hoĩs libertatem, simul affirmas, datum esse homini, vt libere rebus dñetur, & in ipsis agat arbitrio suo. Quid est.n. aliud rebus libere dominari, q̃ eisdem ꝓ suo arbitratu vti, nõ vti, asciscere, demittere, & posse vtcũq; in quãlibet partẽ vocare, & vicissim reuocare, quod ipse paulopost vel aptius confiteris, cũ duo regna diuersa facis vnũ quo fertur homo suo arbitrio, & consilio, alterũ in quo non relinquitur in manu consilii sui, sed arbitrio, & consilio dei fertur. Quo priore regno quid magis potes cũ rerum omniũ agẽdarum necessitate pugnare? At illa parua sunt dices, & in quibus non admodũ versetur summa rerum. Parua quidẽ, sed eiusmodi, vt sint maximorũ certissimũ argumẽtũ. Qua.n. ratiõe positum est in hoĩs potestate, atq; optione, equo inuectus rus inuisat, an nõ, hac vt paupi amico

Verborum Lutheri repugnantia.

munuſcula ſummittat, & laboranti opituleť, an nõ. At hoc officiũ niſi adſit gratia, non proficiť ad vitam ęternã. Neq; id ego nũc laboro, quantũ hoc valeat ad fœlicitatẽ, ſatis eſt ad ſuſceptã cãm, vtrũq; eſſe in hoīs poteſtate, quod tu hoc in loco cõcedis, dũ homini datũ eſſe dicis, vt in rebus ſuo agat arbitratu. Nã vt tibi largiamur, ex ſe arbitriũ ſine gratia, prę terq̃ ad peccandũ, nullam habere facultatem, nõ protinus effeceris, vt ipſius nõ ſit oppoſitorũ æqua poteſtas. Si.n. quidquid efficitur ſine gratia, peccatum eſt, haud dubie multa peccata ſunt ex diametro inter ſeſe oppoſita, vt in Iudęo nvnc vel Sarracęno ſuggerere, non ſuggerere neceſſaria pauperi, temperare, non temperare a libidine, eſt autem arbitrii æqua ad peccatum oẽ poteſtas, nam cur hoc magis, quam illud vetetur efficere, cũ vtrũq; malum ſit? eſt igitur arbitrio par facultas oppoſitorum, Sed videamus, ſi placet, perpetuam ecclesiaſtici orationem q̃ apte & cõmode Martinus interpretetur, verba ſapientię ſunt hęc. Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit illum in manu conſilii ſui, adiecit mandata & præcepta, ſi volueris mandata conſeruare, conſeruabunt te, quorum intellectus ſimplex eſt & Eccl.xv.

aptissimus, sic hominē a deo relictū in arbitrio suo fuisse, vt si mādata seruare vellet, hoc pmiū reciperet, vt ab ipsis conseruaret̄, hęc est.n. Augustini aptissima verissimaq; expositio. Martinus autem more suo inuertens & sensum, & cohęrētia verba dilacerans adhunc modum exponit. Reliquit hominem in manu cōsilii sui.i. fecit ipsum rerum dominū. O pulcherrima & quadrantissima interpretatio. Adiecit inqt mādata, non in ea, in quibus consiliū, & voluntas humana versatur, sed in ea in quibus hō absq; suo arbitrio alterius pręscriptū, & volūtatem sequitur. Si hęc expositio pba est inquit & clara euicimus. Ista expositio si pba est Martine atq; clara, nox est illustrior meridie, sin minus inquit clara, locus reddit̄ ambiguus, vt in neutram partē magis valere debeat. specta pditissimam hominis impudentiā, cuiusmodi expositionibus velit soli tenebras offūdere, ne ignorare possis, qua mēte, qua rectitudine cętera sacrarum litterarum loca aduersus receptam doctissimorum, & sanctissimorum virorū sententiā interpretetur. Sed ad proxima verba procedamus, peiora, & lōge turpiora reperiemus. Cum a Martino quæritur, si seruare mandata, nō est in hominis potestate, qui possint nō esse

Ridicula Lutheri responsio.

ſuperuacanea illa verba, ſi volueris mandata ſeruare, quæ aperte poteſtatē ſeruādi in eo, cui dicuntur ſignificant, reſpōdet: Si volueris verbū eſt ſubiūctiui modi, qđ nihil aſſerit, ſicut dialectici dicūt, cōditionalē īdicatiui nihil aſſerere vt ſi diabolus eſt deus, merito adorať, ſi aſinus volat, aſinus habet alas. Aſpice rurſus quo veterator ęſtuans confugiat, & quibus tricis implicetur. Ergo ne Martinus in rebus grauiſſimis, vbi vertitur ſumma religionis, a ſophiſtarum captiūculis pręſidium petit, & ſuſtinet homo vaniſſimus, theologos, & philoſophos graues, & ſapientes viros ſophiſtas paſſim in contumeliam appellare. Hoccine eſt ſpiritu dei ſacras litteras interpretari, fallentiū ſophiſtarum pręſtigiis, aut ludentium hominū iocis ſimiles efficere? Nam hmōi ait ſermone vtuntur parētes, quando cū ſuis filiolis ludunt. Ergo ſimile eſt inquit ſi volueris conſeruare mandata, conſeruabūt te, & ſi aſinus volat aſinus habet alas, quam feriatus eſſe debebat ſpūs ſanctus, cū ad hos iocos, ad has nugas deſcendebat, quam oblitus diuinę maieſtatis. Nam quis vnq̄ ſic eſt ſerio locutus ad cæcū, ne ab exemplo conuenientiſſimo diſcedamus, ſi volueris videre, rem tibi gratiſſimam indicabo. Ad ſummā cōſtat in illo

Puerilis reſponſio Martini

sensu nunq̃ eiusmodi orationẽ extra ludũ, nisi in rebus, q̃ fieri nequeunt, temere ad illũ modũ vsurpari, vt cum ita loquimur, si probatũ fuerit, meridie nõ lucere, q̃q̃ ne hæc quidem oratio a ioco prorsus abhorreat. Nisi stulte solõ atheniensis a viris prudentissimis laudatur, q cum suis ciuibus per summã sapientiam leges condidisset, interrogatus cur nõ lege cauisset, qua pœna mulctandus esset, si quis patrem occidisset, respõdisse fert, qa neminẽ eo sceleris putasset pcessurũ. Cuius vel facti vel dicti, q̃ põt alia esse cã laudãdi, nisi qa qđ lege cauetur, id fieri hoĩes nõ solum posse putant, sed ẽt solere. Valeãt igitur aliqd istę nugę in ludo lr̃ario, & q̃stiũculis, & progymnasmatis, qbus igenia pueroꝝ exercẽt, ab scriptis nõ dico sacris, in qbus inest sũma dignitas, & grauitas, sed oĩo seriis facessãt, q̃ nõ ad laqueos, & decipulas sophistaꝝ reuocãda sunt, sed ita interpretanda, vt postulat nõ iproborũ hominũ malitia, aut insipiẽtiũ stulticia, sed sanorum ac prudẽtium cõis intellectus. A quo cum istius interpretationes tantopere dissentiant, nonne stultũ videri potest, cõtra insaniẽtis hoĩs furorẽ longiore sermone differere? cũ sit satis insana ipsius verba adhibita quantulacũq; explicatione cõmemorare.

Solonis dictum.

Sed audi portēta superioribus ētnum absurdiora. Cū obiciūt ur Luthero tot p̄cepta, tot exhortationes, cōsilia, exprobrationes, q̄bus scatet vetus & nouū testamētū, q̄ inutilia prorsus sint, & supuacanea, si nihil potestati hois pmittat; vna est ipsius & ea breuis ad oīa respōsio, talibus dictis ostēdi hoī, quid facere debeat, nō precipi q̄ possit efficere, vt videat inqt, q̄ nulla sit sua lux, & nulla volūtatis virtus, vt cognoscat pctm̄; nō vt credat sibi ineē aliquā vim efficiēdi, breuiter vt tali cognitiōe nr̄e ibecillitatis hūiliemur. Minas aūt & pmissiōes huc ptinere, vt hoies erudiant, moueant, excitent, atq; terreant. Hic ego qd dicā? aut qd insecter tā pfligatā hoīs īpudētiā? q̄ iniuriā pfecto mihi videor eē facturus prudētibus hoibus, si tā cūctis apta mēdacia stultissime interp̄tationis nitar ipsis accuratius explicare. At Paulus p legē dicit cognosci pctm̄. Quid ni dicat? cū sit hoc legis maxīe ppriū, nō solū diuīe, sed ēt hūanę, vt agēda simul doceat, simul agere p̄cipiat p legē igit̄ cognoscit̄ pctm̄, qm̄ nisi lex sit, ignorari necesse est, quid sit peccatum, qd virtus, quid officium, quod in eadem epistola docet Paulus his verbis, concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret, non

concupiſces. Immo vero niſi lex ſit, peccatum eſſe nõ poteſt. eſt.n. peccatũ legis tranſgreſſio, in quo eundem Paulũ habemus auctorem, qui vbi non eſt lex inquit, ne prçuaricatio quidem. Sed quoniã iſti tuo Luthere tam impudẽti mẽdatio ſumis occaſionem ex verbis illis Pauli, p legem cognitio peccati, quç reuera pugnãtiſſime diſſident a tua ſentẽtia, nõ grauabor hoc in loco verba illa Pauli, q̃ breuiſſime potero, quo pertineant, plane & aperte, & quã vim habeant explicare, vt te Pauli ſenſum vel ignorantem doceam intelligere, vel ex induſtria (quod magis credo) peruertentem manifeſta veritate redarguam.

Dico igitur Paulũ illic longiore orationis, perpetuoq; tractu id agere, vt chriſti aduẽtus q̃ fuerit ad cunctorum hominũ ſalutem neceſſarius edoceat, hoc autem oſtendit, dum pluribus verbis peccata hominũ acerrime, neglectumq; dei cultum inſectatur. Homines.n. clamat repletos eſſe omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, & cçteris omnibus peccatis, quç nominatim perſequitur. Nequis aũt verba ſua ſic acciperet, quaſi in gentes duntaxat dicta, & eos qui legem ignorarent, nõ etiam in Iudços, qbus p Moſem & prophetas lex data eſſet,

esset, & volũtas dei manifestata, prorsus vt illis christi aduentus esset necessarius, Iudęi cum legem haberent, tali beneficio nihil indigerent, testatur Iudæos pluribus etiamnũ, & maioribus flagitiis obligari, qui cum legẽ haberẽt, quid rectum, & vicissim peccatum sit ostendentem, & recte agere præcipiẽtem, inutiliter tñ eam atq; adeo cũ suo detrimento retinerent. Nimirum quia lex tum demũ est hominibus fructuosa; cum quæ lege facere iubentur exequuntur. Cõtra vero qui per legẽ peccatũ cognoscit, & quæ in cæteris accusat, hæc ipse patrat non inscienter, is eo grauius delinqt, quominus põt ignorantiam excusare, hoc est, n. quod ipse ait. Propter quod inexcusabilis es o homo omnis, qui iudicas. in quo. n. alterum iudicas, te ipsum cõdemnas: Et illud per legem abundat peccatũ. lex igitur inquit Paulus Iudęis inutilis est, qui lege abutũtur, & sciẽter ea facere ommittũt, quę per legem iubentur efficere, cognitio. n. legis rectum a peccato discernentis prorsus est non recte agẽtibus inutilis, quod eiusdem proxima verba declarant dicentis. Gloria, honor, & pax omni operãti bonũ Iudęo primũ & græco, non est acceptio personarũ apud deũ, qcũq; n. sine lege peccauerunt, sinę legẽ peribunt, & Ro. ii.

quicũq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non.n.auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabũtur. Potuit ne apertius suam mentem Paulus explicare? Non inquit auditores legis iusti sunt, sed factores legis iustificabuntur, hoc est cognitio legis, absq; operibus nullius est prorsus emolumēti, sed hic est legis fructus, vt p ipam edocti legitima faciamus. Vt sit multo satius qui legem ignorat, hũc recte agere sponte naturę, q̄ siquis, cum legis cognitione a recte agendo cessaret, quod Iudęis accidebat; in quos ad hũc modũ inuehitur. Si autem tu Iudęus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legem, confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris
Ro.ii. sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientię, & veritatis in lege, qui ergo alium doces, te ipsum non doces, qui prædicas non furandum, furaris, qui dicis non mœchandum, mœcharis, qui abominaris idola, sacrilegiũ facis. Quæ oĩa huc spectare, vt lex inutilis & supuacanea esse intelligatur sine operibus, nec ad cognitionē, sed actionem legē pertinere, vel apertius subie

ctis statim verbis declarat. Circūcisio quidem prodest inqt si legem obserues, si autem præuaricator legis sis, circūcisio tua præputium facta est, quorū est sensus apertissimus, lex pdest legis pręcepta seruantibus, pręuaricatoribus aūt perinde est inutilis, ac si nulla sit. Iudęos igitur peccata multis verbis insectatus, testatusq; oēs hoīes in peccato versari, non qđ nūq̄ recte agerent, sed qa p q̄ raro, nō q; nō possent, recte agere, & pcepta legis seruare, assistēte videlicet grā dei, quā frustra nemo vnq̄ iplorauit (hoc.n. pugnaret, cum eo qđ dixerat, Gloria & honor oī operanti bonū Iudęo primū & gręco, & factores legis iustificabunt,) sed quia seruare negligerēt. Partim ob pnitatē ad malū quā p pctm̄ primi parentis lęso & īminuto, nō sublato libero arbitrio cōtraxerāt, partim sua ipsorū nequitia, hoc igitur testatus, vt cōcluderet, nihilo minus Iudęis, q̄ gentibus opus esse reparatore Christo, ait ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo, per legem enim cognitio peccati. Quasi dicat pręcepta legis prauis hominibus nihil prosunt, qa quæ facere iubentur non exequuntur, si.n. facerēt iustificarētur, & si q faciūt, iustificanī, dixerat.n. pauloante factores legis iustificabūt,

cum autem preposterc agant, & sola cognitio-
ne peccati quæ inutilis est, contenti legem fru-
strentur, legis precepta obseruare negligentes,
non iustificabuntur ex operibus legis, quippe
quibus non funguntur. concludit igitur dicés.
Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata
est, testificata a lege, & pphetis iustitia aūt dei
p fidē iesu christi ī omnes & sup omnes, qui cre
dunt in eum, nō. n. est distinctio, omnes. n. pec-
cauerunt & egent gloria dei. Atq; hic quidem
intellectus est verborum Pauli facilis apertus,
dilucidus, quem siquis Paulo interiore animo
perpendere nō grauabitur, malitiosam Luthe-
ri simul, & stultam interpretationē luce clarius
deprehendet.
Sed clamitat hoc in loco versutia Lutheri, chri
sto, quē corde & opere crucifigit, verbo tenus
patrocinantis, si possunt hoīes præcepta legis
obseruare, quid est opus christo crucifixo? hoc
opus est Luthere, vt ipsa facilius seruare possi
mus, quod prius sine magna difficultate nō da
batur, vt ipsius meritorū magnitudine genus
humanū, quod peccatis obrutū erat, subleuet,
vt qui recte agerint sempiterna fœlicitate fruā
tur, prius. n. iusti etiā sanctiq; patres in lymbo
quasi in custodia christū expectātes tenebātur

Cur christi aduētus necessarius.

ante quē obtrusa erat ianua vitæ beatę, quem ipse omnibus iustis et superioris tēporis resesrauit, hoc est cūctis hominibus qui virtutes & præcepta legis ante ipsum coluissent, vel in posterum essent obseruaturi. legē autem appello vel naturalē vel Mosaicā vel euāgelicā. Opus est christo, vt eius beneficio non solū ratio minus a concupiscentia superetur, sed etiā hoēs præceptis seruandis magis proficiant, & prēsentius prēmiū assequātur. Vt quę prius data erant in enigmate, iam clara luce teneamus, & pleraq; alia cōpleātur, q̄ generi humano deus fuerat per prophetas pollicitus.

Sed redeamus ad preclaram Lutheri respōsionem. Prēcepta inquit & exhortationes non ad actionē pertinēt eorum q̄ prēcipiuntur, sed ad peccati cognitionē. Stultus es Martine, an stultos putas summos philosophos, qui prēcepta virtutū esse prorsus inutilia clamant, si ꝑpter cognitionē petantur, non ob actionem, dementes oēs mortales, qui ne præceptū quidem esse putant, quod non pertineat ad actionem, & tu solus extitisti post hominum memoriā, qui sapias, qui rectę sacras litteras interpreteris? Nōne vides tali tua interpretatione ꝑ veris affirmari, q̄ respuit hominū intellectus, quę non se

Arist. ethi primo.

Per Luth. efficitur vt pceptũ nõ sit pceptũ.

lum natura, sed ne deus quidẽ ipse põt efficere, vt pręcepta nõ sint pręcepta, exhortatiões nõ sint exhortatiões. Quid. n. aliud est pceptũ, nisi orõ, qua qd sit agẽdũ aut secus pcipit, & impę ratᵉ? qd exhortatio, nisi sermo, qui aliqd agere suadeat, q̃ cũ Martinus abesse dicat pceptis & exhortatiõibus, pinde facit, ac si neget hominẽ animal esse rõnis pticeps, hoc est dicat hominẽ nõ esse hominẽ. Sed hęc inquid rationis hũanę sunt argumẽta, & hęc hoibus videntᵉ absurda, spũi autem diuino longe aliter videtur. Macte virtute Luthere, ista, ista ratio cõmoda est, & cõueniens soluendorum argumentoꝝ, nõ quã mortalium tarditas excogitauit. Perge cũ isto tã præclaro admirãdoq; inuẽto securus ad exploratã victoriam in oi disputatione, siue res fuerit cũ doctissimis theologis vł philosophis, siue cum acutissimis mathematicis, nec vereaꝛis ratas illas sentẽtias, si ab ęqualibus ęqualia demas. quę sunt vni & eidem, nosti cętera. Sed cũm tibi hęc axiomata obiicientur, respõde, sic hoies arbitrantur, sed longe aliter videtur spiꝛritui sancto. Quis. n. cum hęc audierit, non obmutescet, quis non succumbet? quis nõ manus dabit? nisi si quis eo furoris pcesserit, vt cum deo pugnare audeat more gigãtum, & spiritui

sancti decretis obmurmurare. Sed tamen qa nos homunculi sumus Martine, & pro intellectus humani tarditate, quæ audimus quæq; legimus interpretamur, permitte nos in nostra cęcitate spiritũ istum, qui talia tibi oracula siue ex cado, siue ex œnophoro suministrat, qd' scire cupimus sciscitari, si hũiliatio nec est in hoīs potestate, nec si sit, qdq̃ faciat ad virtutẽ colẽdã, vel pęccatũ fugiẽdum, quid prodest cognitio quę sola pręceptis ac exhortatiōibus suppeditatur, & sola per legẽ petitur? Si commonẽdo, erudiendo, excitando, deterrendoq nihilo magis homines vel capessunt virtutes & officia, vel ab oppositis vitiis continentur, quid iuuant minæ, ac exprobrationes, quibus hęc tantum præstari dicis? Nonne satius erat, hęc tacite ab ipso deo perfici, q̃ tot inania verba profundi, & surdo tam lõgam fabulam, vt aiunt, narrari. Audite responsum admirandum, oraculum diuinum auscultate. Deus inquit præceptis exhortationibus exprobrationibus nimis repleuit sacras scripturas, non quod, excepta cognitione peccati, ac humanæ imbecillitatis, quid piam ad pietatem, & virtutes fungendas, peccataq; vicissim euitanda hęc hominibus opitulentur, sed quoniã sic

Cõfutatur Luthe. respon.

placitum est deo ; satis est inquit nosse, q deus ita velit. O nefariam impudentiam Lutheri, o cæcas quorũdam germanorũ mentes. Hęc qsq legit, & dubitat, qua mẽte, quo animo, quo spiritu detestanda ista bestia sacras litteras contaminet, aut se patitur tam fatuis mendaciis tam turpiter eludi, apertisq; dolis & manifestis insidiis ab homine furioso circũueniri. Nam q tã monstrosis orationibus adquiescit, quo modo is Luthero refragabit, si forte dixerit, quosdã homines asinorum animis informari, porcorũ elephantos, sic.n. videri spũi sancto, licet aliter humana ratione iudicetur. Rogato .n. cur tali figura mẽtiatur hominẽ, qui reuera sit asinus, in promptu erit illa respõsio, sic deo placitum esse, satis esse scire sic deũ voluisse; satis autem scire, qui sic audiat Lutherum affirmare.

Cõsentanea Luthero ratio.

Sed huius perditissimi nebulonis arrogantia cũ nullo nõ loco sese prodat stultissime, nescio tamen, an nusq fiat manifestior, quã vbi non tã exponere, q puertere molitur illud ex deuter. cap. xxx. Mãdatũ quod pręcipio tibi hodie nõ supra te est, nec procul positũ, nec in cęlo sitũ, vt possis dicere, quis nostrum valet in cęlum ascẽdere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus & opere cõpleamus, sed iuxta est valde sermo in ore

In ore tuo & corde tuo, vt facias illum, quorũ verborũ hic est sensus simplex & lucidissimus. Mandatum quod tibi p̃cipio nõ est supra te.i. supra vires tuas, sed iuxta.i.in tua potestate, in ore videlicet tuo, & corde tuo, si dñm deum tuũ voce cõfessus fueris, laudaueris q;, & magnificaueris, & item toto corde dilexeris, & adoraueris. Sed Lutherus locum in hunc modum puertit. Quid inquit Moses vult istis verbis apertissimis & clarissimis, nisi se suo officio ceu fidelem legis latorẽ esse perfunctũ egregie, vt per quem non stet, quo minus oĩa sciant, & habeãt coram posita precepta, nec locum eis relictum excusandi, quod ignorent, vel non habeãt precepta, aut aliunde petenda eis sint, vt si nõ seruauerint ea, culpa nec sit legis, nec legis latoris sed ipsorum, cum lex adsit, legislator docuerit, vt nulla ignorantię excusatio reliqua sit, sed sola accusatio negligentię, & inobedientiæ. Non est inqt necesse leges e cęlo aut e finibus vltra marinis, aut p̃cul afferre, nec potes pretexere, te illas nec audiuisse, nec hẽre, p̃pe habes eas, vt quas p̃cipiente deo, & me auctore audiuisti, corde percepisti, & ore assiduo p̃ leuitas in medio tui tractãdas accepisti, teste hoc ipso meo verbo, & libro, hoc tãtum reliquũ est, vt facias

Qũo exponit Luth. locũ deute. xxx.

illas. Hactenus Martinus q hoc loco exponẽdo tantũ sibi placet, vt vel hoc vnum satis esse iactet argumenti, plurima priores ignorasse, q̃ ipse vnus patefecerit & elucubrauerit. Atq; in hac cõtrouersia se cõtra omnes dissentiẽtes vel puero iudice certissimam victoriam expectare. Nã quid est inquit supra te, quid procul? grammatica.n. nostra istis vocabulis non qualitatẽ aut quãtitatẽ viriũ hũanaꝝ, sed distantiã locorum significat. O præceptum nouum & admirabile, & nos scilicet rudes grammaticam nesciebamus, & vim vocabulorum ignorabamus. Putas ne vulpecula nugatrix, quemq̃ fuisse uel esse, tam obtusum & tardum, qui modo litteras latinas attigerit, vt nesciat, aut dubitet, quin supra, & procul notæ sint locorum discriminis, vt vbiq; sic in hoc ipso loco? Sed cũ hoc omnes sciant, ne illud quidem quisq̃ ignorat passim huiusmodi particulas ad vires & facultatem tranferri, vt cum dicimus, supra captum est humani intellectus, supra conditionẽ humanam. Et Cicero qui credo non pessime latine sciebat, quæ sunt in nostra potestate, ea in nobis esse dicit, quæ vires nostras excellunt, ea supra nos. Age vero qui sic est cain allocutus, sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis

illius,is vtrũ sciebat illud sub notã esse loci, an deus,quod pueris est notissimũ ignorabat verba tñ sua sic itelligi voluit, nõ vt sub pedibus stãtis,aut sedẽtis cathedra, cubantisue lecto, sed sub volẽtis imperio & potestate. Ita cũ Moses dicit nõ est supra te,nõ est i cęlo, locoꝝ ipsorũ iteruualla loq,nemo vnq̃ dubitauit,sed cũ loci discrimina dicit,more loquẽdi in oĩ sermone frequẽtissimo,viriũ & facultatis excessum procuidubio significare,oẽs qui sani sũt arbitrantur,vt cum aliquis longo interuallo alteri præstare dicitur, non is intelligitur, vt uerba simpliciter sonant,ante alteꝝ esse multoꝝ stadioꝝ interuallo, sed esse multo excellentior. Sed q̃d verbis opus est,aut q̃d agimus rõnibus hũanis cum testimoniũ producere possimus spũs sancti, qui hũc locũ ore Pauli scribentis ad Romanos apertissime interpretať,his verbis. Prope te inquit verbũ est in ore tuo, & in corde tuo, quoniam si confessus fueris in ore tuo dominũ Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus ipsum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore vero confessio fit ad salutem. Et si enim Paulus verba Mosis ad Christum relata interpretetur; ita tamen interpretať,vt aptissime doceat,& supra iuxta

quæ locorum , alioquin prępositiones sunt, facultatē significare, quæ in ore hominis atq; corde consistit. Quā expositionem Pauli si Lutherus aspernatur, nihil est quod miremur cęterorum doctrinā ab eodem contēni, aut Hieronimū & Origenem tam nihil scire videri, vt nihil aliud eos facere dicat, q̄ ore sacrilegio scripturas deprauare, qui nugis totum orbē repleuerint. Nā nemo est inquit qui ineptius & absurdius diuias litteras tractauerit, q̄ Origenes & Hieronymus. O furciferi profligatam impudentiam, o nebulonis audaciā inauditā, tu ne de viris eloquentissimis, oīs disciplinę doctissimis, sanctimonia præstantissimis, q̄ vix in sophistam aliquē semisem cōuenirēt, tam fricata fronte iactare sustines? quia fretus facultate? hō vt de libidine pditissimisq; moribus, & impietate taceam, sola inepta loquacitate potens, & præter nōnullam sacrarum litterarum corruptam, & prępostera m cognitionē, quā vel maior, cuiuis paulomodo diligentiori, nec tardo tribus aut quatuor annis facile contingat, oīs philosophię ac bonarum artium, expers, nisi nugas dialecticorum imputes, quæ nihil graue nihil Aristotelicum sapiant, qua tantum supellectile te instructum, sed cum maiore q̄ cęteros

Iudicium Luthe. de Hier. & origene.

arrogantia & loquacitate ad sacras litteras cõtaminandas accessisse constat. In quẽ illud epigrãmatarii cõmodissime trãsferri posset.

Disperẽam si tu Origeni præstare matellam,
dignus es, aut porcos pascere Hieronymi.

Sed q̃q̃ nefariũ dogma Lutheri de cunctarum actionũ necessitate, in quo status causæ nostræ versatur, vel hoc ipso statim corruit, si ad oppositas actiones, ẽt malas, & vitiosas homo habeat ex ęquo potestatẽ, quod ipse in rebus homini subiectis immemor sui, secũq; pugnãs cõfitetur, tamen anteq̃ eius argumenta refello, de libero arbitrio quid affirmare sacrarum litterarum testimoniis cõsentaneũ mihi esse videatur iã paucis explicabo. simul ne nostra in incerto vagetur oratio, si quo feratur, & spectet hac in parte non habeat, simul ne Lutherus putet, quidq̃ se tam stulta garrulitate ꝑfecisse. Neq; n. dubitabo multo plus etiam libero arbitrio, q̃ Erasmus, quem ipse ferre nõ potest attribuere. Dico igitur liberum arbitriũ absq; dei peculiari gratia nõ solum conari in bonũ posse, sed ẽt efficere bonũ. Ne tu interim Martine illud nobis opponas, quo toties Erasmũ eludere, ipsiusq; argumenta frustrari maliciosa in primis cauillatione conaris, dũ loca sacrarũ litterarũ,

quæ ille citauerit, vt conari in bonum, positum esse concludat in nostra potestate, aut nihil arbitrio nostro tribuere calumniaris, aut plus etiã q̃ conatum. Quasi vero qui plus effecerit, is nõ minus etiã effecisse censeať. Illa igitur sacrarũ litterarum loca libero arbitrio nõ conãdi solum, sed eẽt faciẽdi potestatẽ largiunť. Illud n. furor est affirmare, pcepta adhortatiões, pręmiũ' pœnam cuipiã pponi, cui facultas absit efficiendi. Quid ergo volumus ne Pelagianis suffragari? qui liberum arbitriũ per se quidq̃d velit efficere posse cõtendebant? Nihil pfecto minus, neq;.n.ipsum per se absq; dei peculiari gratia valeat hominẽ ad fœlicitatẽ perducere. Sed eam sententiã pbamus, in qua pleriq; fuerunt viri ingeniosissimi, & in sacris litteris perspicacissimi, posse homines per liberũ arbitriũ non solum velle & nolle, sed etiã efficere & non efficere, quæ diuinis præceptis imperantur, licet vt perficiant, & sic præmio ęternæ vitæ potiantur ipsis a se non suppetat, sed a diuina liberalitate, quam gratiã peculiarem nuncupamus, posse deniq; fortiter, liberaliter, temperanter agere & secus, hoc est muneribus fungi, quæ moraliter bona vel mala nuncupantur. Nunq̃ ego comittam vt Socratẽ vel Aristidẽ

Athenieſes, Curiũ aut Catonẽ Romãos, Senecam ve Cordubẽſem, cũ vitia hominũ inſecta-banť, cũ a voluptatibus abſtinebãt, cũ iuſtitiã, & cęteras virtutes ſtudioſe colebãt, nõ recte feciſſe iactem, qui tñ neq; Iudęi fuerũt, neq; Chriſtiani, ſed naturę legẽ ſequebanť. Cũ aũt hoĩes dico per liberꝫ arbitriũ quidq̃ vel poſſe, vel efficere, non excludo vniuerſalẽ dei efficientiam, qua cũ ſingulis poſterioribus cauſis velut prima cã concurrit, hac.n.ceſſante, hõ ne aget qdẽ oĩo, nedum recte aget. Sed ne momẽto quidẽ tẽporis cõſeruabiť, nec ignis calefaciet, nec refrigerabit glacies. Cũ igitur de ſingularũ rerũ natura deq; ſecundarũ cauſarum efficientia dicimus, vniuerſales, & priores nõ excludimus. Nam ſi ſolis actiones ſuſtuleris, nũq̃ hõ valeat ex ſe hominẽ generare, nec arbor ferre ſuũ fructum, nec ex elephanto ꝓcreabitur elephãtus. Illud addo, quoties homo ꝑ liberũ arbitriũ efficit quod eſt in ipſo, toties ſuffundi ea gratia, cũ qua valeat dei mãdata ꝑficere, & ad fœlicitatẽ ꝑuenire, hoc eſt .n. qď teſtanť tot loca ſacrarũ ſraꝝ, ex qbus tu Luthere aut nihil cõcludi iactas, aut plus effici, q̃ petat Eraſmus, q conatũ aſſerit. Quale eſt illud Apoca.iiii. ſi qs audierit vocẽ meã et apuerit mihi ianuã ĩtrabo ad illũ & Apoc.iiii.

cęnabo cum illo,& ipse mecū.Quid est.n.ape-
rire domino ianuam,nisi hominē facere, quod
est ipso, ad deū et dei gratiam admittendam.
Zach.i. Et Zach.cōuertimini ad me, cōuertar ad vos,
Iacobi.iiii. Et Iacobi appropinquate deo, & appropiqua
bit vobis, quorū intellectus simplex & clarus
hic est,facite qđ est in vestra potestate erga me
& ego vicissim vobis meā gratiam cōdonabo,
quibus dictis tot alia scripturæ sacrę loca con-
sentiūt,vt ea molestū sit ānumerare. Quoties
igitur homo per christi aduentū reparatus, et
cum peccauerit,velit præcepta seruare, toties
seruare potest. Nā velle,quod ipsa pręstat vo-
luntas,cū sit per se remissum, & tenue vires ad
quirit ex gratia,quā vocat Augustinus operan
tem,& quod homo viribus naturalibus imper
fecte,& frustra ad potiundū summo bono effi-
ceret,hoc per gratiam cooperantē perfecte fa-
cit,& cū lucro fœlicitatis,sed quia in vtroq; lō-
ge maior est gratię diuinę q̄ virium nostrarum
efficiētia, & vires præterea naturales donum
quoq; dei sunt,idcirco scriptura sacra quę non
nullis in locis, certe quoties præcepta dat vel
exhortatur,facultatem liberi arbitrii, qualis &
quātulacūq; ea est,haud dubie testatur, in aliis
cuncta diuinę gratię refert accepta, & ipsius
opera

opera facit,& merito facit; quoniam vt homo ſit,vt liberum arbitrium habeat,vt aliquid poſſit efficere beneficium eſt a diuina liberalitate proficiſcens. Nam ſiue viuimus ſiue morimur dei ſumus,vt ſcribit Paulus ad Phili. & ad Corinthios. Nemo glorietͬ in hominibus, omnia Phili.iiii. veſtra ſunt,vos Chriſti,Chriſtus dei. Ité quid Cor.iii. habes quod nõ accepiſti. Et omnia poſſum in Cor.iii. eo qui me roborat. Si ad hunc.n. modum talia Phili.iiii. ſcripturę loca interpretabimur,omnia inter ſe cohęrentia,& ex amuſſim quadrantia reperiemus,& cõem prudentiũ hominum intellectũ, ipſumq; rerum vſum retinebimus,ſin aliter diſſidiũ neceſſe fuerit in diuinis litteris excitare, & contra ſenſuum argumenta, & cunctorũ hominum iudicium multa paradoxa confiteri. Quibus explicatis im promptu eſt & expedito ad argumenta Lutheri reſpondere,eademq; refutare,quæ omnia fere ab Auguſtino, & Hieronymo,vbi errorẽ Pelagii nimium arbitrio tribuẽtis refellerũt, eſt mutuatus. Nequis forte putet Lutherum vel ingenio vel doctrina priores philoſophos aut theologos ſuperaſſe. Non eſt ingenioſior Martinus,ſed furioſior, non doctior,ſed impudentior,qui dubia pro certis citra cunctationem aſſeuerat, falſa pro veris

fricatissima fronte pronūtiat, tenuissimā eis, & adumbratā speciem veritatis pretendēs. Fit n. nescio quo pacto, vt nihil prope modū tam falsum sit, quod nequeāt importuna ingenia maliciosis interpretationibus inficere falso colore veritatis. Quid. n. hactenus excogitauit Lutherus, quod ante ipsum a plerisq; non fuerit animaduersum primū, deinde magno consensu damnatū. Vergilium ferūt cū rudia Enii carmina lectitaret, iterrogatus quid ageret, respōdisse, aurum sese ex stercore Enii colligere. Martinus Lutherus ē diuerso cum Augustini, vel Hieronymi aut cęterorum doctrina & sanctitate pręstantiū virorum scripta legit, siquid agat rogatus verum respondeat, cōmodissime dicat, stercus se colligere ex auro Hieronymi vel August. Qui prauo anio, puersoq; ingenio maio℞ scripta versat, vt dānatas opiniōes excitet, & q̄ alii excogitata velut veris obstrepentia, vt fieri solet, sibi obiecerint ac deide refutauerit hęc ipse cogat in diuersum, eisdēq; ad ipsa dogmata, quasi nouis inuentis asserēdū ipudēter abutat̄. Non igit̄ ignorabāt ea loca Hieronymus & Augustinus, non legerant ocitanter, non negligenter dispexerant. sed omni cura & diligentia accuratissime trutinarant, viri tamē

Quid martinus dicit vetus est & a veteribus damnatum

sanctissimi, ingeniosissimi, in sacris litteris eru ditissimi etiã in eo loco, vbi vel studiose in liberum arbitrium disputarent, nefas esse puta uerunt, & contra omnem tum religionem, tum philosophiam arbitrio in totum, libertatem abrogare. Qui mihi ad liberum arbitriũ, etiã in iis rebus, quæ summum bonum attingunt, asserendum huiusmodi rationem secuti esse vi dentur. Homo per vim suæ volũtatis cum est suffusus gratia, recte & vicissim praue agere potest, habet igitur liberum arbitrium. quę argumentatio q̃ probe concludat, tunc magis in telligemus, si hoc idẽ in moralibus virtutibus velut philosophi considerabimns. Nam quem admodum nostrum animum gratia, quæ qualitas est supernaturalis, informare, nõ est in nostra ptãte sitũ, sed in dei munificẽtia sic ne illud qdẽ vt virtute exempli cã tẽperantia qñcũq; libuerit afficiamur, nimirũ qa repẽte nemo fit tẽperans, nec sine longa cõsuetudine tẽperãdi. fac igitur neminem, cui absit hęc virtus, posse agere tẽperãter. qđ fortasse veꝝ est, si exactũ offiñ reqras, tũc igr̃ a te petã, vtrũ tẽperãtẽ hominẽ priuatũ eẽ putes tẽperãdi potestate & vicissim nõ tẽperãdi, & certe negabis. Nã posse temperanter agere, certum est & positum, in

Efficacissima liberi arbitrii cõfirmatio.

temperanter autem, & sensus, & ratio testifica tur. Neq;.n. aliter quisq; ex temperãte intempe rans efficeretur. Si tunc ergo in petendis & fu giendis voluptatibus liberum arbitrium habe re dicitur, cur negetur in cęteris rebus, si gratia affectus recte agere potest & secus. Nam licet hõ gratia suffultus, nequeat peccare. & in gra tia simul persistere, tamen est in eius potestate peccet, & gratiã amittat, et sic mortis fiat reus, an retenta gratia, recte agat, & summũ bonum cõmereatur. Quæ ratio tã efficax mihi esse vi detur, vt non satis intelligam, qua possit calũ nia Martinus eam ludificari, vt liberum arbi trium inane nomen, atq; nullam vim, nullam naturam esse tueatur.

Sententia nostra ad hunc modum explicata, supest, vt argumẽta captionesq; Lutheri, quas homo leuissimus & idem gloriosus inuictas co pias, & inexpugnabiles phalanges appellat, re fellamus, ac insidias, & eas nec admodum oc cultas & infirmas esse doceamus. Non qđ ipas putem parũ acute ab Erasmo, vel nõ satis ele gãter in libro, quem de libero arbitrio scripsit, fuisse refutatas, aut quas postea Lutherus edi dit, posse paruo negotio refutari, sed quia sic ratio suscepti nobis operis deposcit, nec est prę

ter morem veterum, aut recentiorum consue- tudinem, vt eandem causam cōplures interdū patroni aduersus vnius accusatoris calūnias tueantur. Sed huiusmodi argumenta & sacra- rum litteraꝝ testimonia, q̄q̄ homo loquacissi- mus Lutherus p inanem garrulitatē sine fine multiplicet, atq; dilatet, oīa tamen in pauca ve lut capita referuntur. Quorum est vnum eorū, quę omnes homines in tenebris & peccatis ver sari cōcludunt, omnes iniustos, oēs esse malos, sed per gratiam dei iustificari. huc. n. pertinet illud Pauli ad Romanos. Reuelatur ira dei sup oēm impietatem & iniustitiā hominū, & illud nō est iustus quisq̄ non est intelligens. & paulo post, iustificati gratis per gratiam ipsius, & cę- tera, quæ in hanc sententiam a Luthero conge rūtur. In quod caput illud, quod in promptu est, & apertū respōdebimus, oēs homines igna- ros esse, & cęcos, nisi doctrina & luce euangeli- ca doceantur, & illustrentur, sed edoctos & illu minatos ad cognita bona niti, eademq; per li- berum arbitrium, quemadmodū exposuimus, posse capessere. Nam quid stultius dici potest, q̄ quod affirmat Lutherus, qui rem quampiā ignorat, hunc ipsam efficiendi priuatū esse fa- cultate & quia voluntas nihil appetit incognii

Primū caput argu. Luth. soluitur.

tum, idcirco ad appetendũ nullam vim esse vo
luntatis. Quasi vero milites, qui sępe sua con si
lia imperatore illis occultante, num sibi sit cũ
hostibus confligendum ignorant, vires amise-
rint cum hoste dimicandi. Nõ colit quisq̃ deũ,
qui deũ prorsus ignorat, at cũ cognouerit co-
let, si velit & adorabit. Iuxta illud Dauiticũ.
Psal. l. Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te cõuer
tentur. Nõ est quisq̃ malus, & recte agit, at fiet
bonus, si velit, & recta operabit̃, declinabit vt
Psal. xxxvi psalmo pręcipit̃, a malo, & faciet bonũ. Dabi-
mus igit̃ omnes homines esse malos, quia sunt
omnes ad malum procliues, quia diuina gratia
destituti, nihil ex se perfectioris officii pręstare
possunt, vt vitam ęternam promereantur, qa
bona hominis, vt homis, tam imperfecta sunt,
vt peccata esse videantur, & sic interdũ appel-
lentur, nec quidq̃ ad salutem sine gratia profi-
ciant. Ita cũ in gratia multo maius mom ẽtum
sit, q̃ in nostro vel conatu, vel opere, fit vt qui
recte operando conseruantur, hos quoq; gra-
tis Paulus dicat iustificari, cum ait. Iustificati
gratis per gratiã ipsius. in quem sensum illud
quoq; liceat nõ incõmode interpretari ex ope-
ribus legis non iustificabitur omnis caro. quo
niam & si pręcepta legis exequamur, tamẽ nisi

dei peculiaris adsit gratia, frustra nitemur ad
fœlicitatem, nō quod opera nostra nihil faciāt
ad summum bonum assequendum, sed quoniā
hoc ipsum vt faciāt, dei est liberalitatis, qui vo
lentes adiuuat, recte agentes præmio meritis
infinito maiore prosequitur, quę ne merita qui
dem forent, nisi dei munificentia pręmium eis
ꝓposuisset. Ad summam quia nemo viuit sine
crimine. Nā si dixerimus quod peccatū nō ha
bemus, ipsi nos seducimus & veritas non est in
nobis. Sed qui dicit omnē hominem esse malū
is non affirmat omnem hominē esse omnis bo
nitatis expertē, sicut nec omnis improbitatis,
qui bonū. Sed quia nemo est vndiq; perfectus,
bonum appellamus, qui licet paucis interdum
aut paruis criminibus obligetur, cætera tamē
studiosus est, atq; probus. Malum, qui vt recte
non nunq̄ agat, magna tamen ex parte versat
in peccatis, & hoc est, ne videar sine auctore lo
q. qd̄ Hierony. ait, i li. cōtra Pelag. hęresim, cu Libe. i.
ius hęc verba sunt. Possibilia ꝑcipit deus, sed
hęc possibilia cūcti siml hēre nō possumus; nō
ībecillitate naturę, sꝫ animi lassitudie, q cūctas
siml & sēp nō possit hēre virtutes. Sed redibit
ad ieptias Martinus, & hāc loquēdi cōsuetudi
nem hominū esse dictabit, in sacris litteris qui

loquitur, deũ esse, non hominem. Scimus Luthere diuinas scripturas non esse hominum voces, aut mortaliũ inuẽta, at illud quoq; scimus, quod tu non debes ignorare, licet impudentissime soleas tergiuersari, deũ mortales vt mortales, non vt deos, alloqui solitũ, & cum hominibus non nisi humano more disserere. qui cũ mundum posset solo verbo conseruare, non est tamen dedignatus sibi hominẽ induere, vt homines, qui deũ diuina formã, ne intelligere quidem satis possunt, nedum corpore sentire, non solum verbis & more hominũ, sed etiã factus homo ipse doceret euangelium & pręcepta daret, quod prius per Mosem & prophetas, hoc est per homines effecerat. Vt pudeat aliquãdo Martinũ suis nos præstigiis eludere tẽtare, vetantem sacras scripturas siue præcepta dent, siue adhortentur hoïes, seu minis & exprobrationibus conterreant, pro sanctorum & prudẽtium hominũ sensu ac intellectu interp̃tari, & nos ad sua somnia, quæ Bachus suggerit vigilanti reuocare. Cum igitur homines docti pariter & idocti sic loquantˀ, vt malos & ipios dicãt eos, nõ qui nunq̃, sed q raro virtutes colũt & pietatem, & frequenter in peccatis, impietate sceleribusq; versantur, nimirum sacrarũ litterarum

De' hoïes hũano more alloqtur

Libe.i.

rum verba, non sunt aliter interpretanda. Qui autem bene raro agit, sed agit, hūc nemo recte agendi facultate priuatum esse dixerit.

Alterum caput est testimoniorum, quibus homo sine deo quasi ex se nihil efficere posse concluditur, quale illud est Io. primo. Sine ipso factum est nihil. apud quē alio in loco Christus sine me inquit nihil potestis facere. Sed huiusmodi sermonibus, quibus est scriptura diuina referta, abunde puto explicanda nostra sententia respondimus, & quid valeant exposuimus. Est autem summa, quia sine deo, qui rerum omnium est auctor primaq; causa nullus, ne minimus quidem motus existit. At nō si causa inferior nihil efficit absq; superiore, statim nulla est inferioris facultas, aut hęc agit necessario. Neq;.n. quia Philippus sine sole non genuit, nec potuit Carolū, idcirco Philippus nihil efficit, aut necessario Carolum procreauit. Ad hæc quia perfectū officiū nullum esse pōt, quin ab animo suffusso gratia dei peculiari ꝑficiscatur. postremo quoniā homines dei beneficio & sunt & viuūt, idcirco qdquid agūt suis viribus, id totum tribuitur virtuti eius, a quo vires, & esse ipsum acceperunt. Huc.n. spectabat Paulus, cū diceret. Non sumus sufficiētes

Secundum caput luth. soluitur.

Cor. iii.

cogitare aliqd a nobis, quasi ex nobis, sed ois nostra sufficietia ex deo est. quasi dicat, siquid efficimus, aut possumus efficere, non est quod nobis magnopere tribuamus, cuncta. n. referre accepta debemus munificentię diuinę, quę nobis eam facultatem liberaliter impartitur.

Tertiū caput argumēti Luth. soluitur.

Tertiū caput versatur in Pharaonis obstinatione & Esau seruitute, & eo quod regis cor in manu dñi scripturis diuinis esse traditur. Si deus inquit cor Pharaonis indurauit, quis locus est libero arbitrio relictus? aut quid est in nostra voluntate, si cor Regis, ac proinde cuiusuis hominis est in manu dñi? si Iacob Esau nullo alterutrius merito prefertur? Respōdeo. deus cor Pharaonis indurauit, vt Moses ostenta oia pficeret corā Pharaone, q̄ dñs posuerat in manu eius, & pœnas darent Egyptii, & populus crederet, quod visitasset dñs Israel, & respexisset afflictioné illorū, & proni adorarét, Mosemq; ducem a deo missum sequerétur. Pōt. n. deus hois non solū cogitationi, sed quod multo maius est vim afferre voluntati, & eam quocunq; velit impellere, ac vicissim reuocare, qđ in iis potissimū vsurpat, quorū imperio, & auctoritati parét regna & ciuitates. Hoc est. n. qđ testatur scriptura, sicut diuisiones aquarū, ita

Exod. iiii.

cor Regis in manu dñi,quocũq; voluerit incli-
nabit illud. Nimirũ qm̃ his ministris,& tanq̃ in
strumẽtis vtitur ꝓuidentia diuina ad hominũ
cętus,& ciuitates gubernandas. Sed qui Regis
voluntatẽ aliquãdo cogit, dum grãde aliquid
parat,& res maximas molitur, is nõ ꝓtinus vi
deri debet liberũ arbitriũ in reliquũ tẽpus, aut
cęteris in rebus huic, & in vniuersũ hoĩbus su-
stulisse. Age vero si vnius aut paucorũ exẽplũ,
si Pharaõis iduratio debet ad cęteros oẽs mor
tales transferri, cur Mosis itidem miracula ad
cęteros oẽs hoĩes nõ transferant? Cur non Io-
annis in vtero sanctificatio? Non est acceptor
personarum deus, vt quod in hoc afficit præ-
mio,id in illo vidicet atrociore pœna, sed neq;
est vlla lege tam arcte constrictus, vt cum ho-
minibus nihil nisi ex pacto voluntario debere
possit, vt quasi ęs alienum persoluat,sed om
nia gratis, vt exposuimus, largiatur,nequeat
suam liberalitatem largius quibus visum fue-
rit impartiri. Ita cum Pharaonis cor superio
ra peccata grauiore crimine (qnod deus inter
dum vsurpat) vlciscẽs indurauerit, Mosem
scientię, & miraculorum claritate voluit
esse commendatum. Mariam virginẽ anteq̃
in lucem ederetur,gratia imbutam, ne peccare

possset confirmauit. Ioannē baptistam sanctificauit in vtero matris. Paulum tunc cū Christi discipulos grauissime, ac seuerissime insectaretur, spiritu sancto percussit, ac illustrauit. Ad summā, vt idem Paulus testatur, cuius vult miseretur, quē vult indurat, quia nihil ex debito agit, nec ad alterius prescriptum, & quasi coactus. At quorūdam prerogatiua non tollit legem vniuersalem, que officia cuiusq; premiis remuneratur, scelera poenis vlciscit, & animaduersione. Nisi forte, quod regibus, ac hominū principibus pmittimus, vt quosdam sola sua beneuolētia sine ipsorum merito liberaliter habeant, & honoribus auctos esse velint, nōnullorum interdum crimina ad ceteros exemplo deterrēdos acrius ēt puniant, q̄ lege vniuersali caueatur, id deo optimo maximo tam seuere negatum volumus, ut faciendi priuilegiū nullam ei prorsus facultatē relinquamus. Indignaturi si pater familias operas, que serius ad vineam colendam peruenerint, liberaliter tractet, nec eas ad legem falcidiam reuocet horarum calculis. At ipse respondet in euangelio maledicorū calumniis, se suo id iure, & sine cuiuspiam iniuria facere, qui cum neminem fraudet mercede pacta, quos velit liberalitate prosequatur. De

Iacob & esau post paulo respondebimus. Nunc ad argumentũ venio ductum a dei futurorum præcognitione, quod proprius nostrã de fato & libero arbitrio causam attingit. Neq; n. Iam huc spectat, vt opẽ dei, peculiareq; gratiam recte agendo necessariã esse demonstrat, quod pudoris nimirum plus haberet, plus etiã pietatis, sed vt rerum omniũ necessitatẽ inducat, cuncta vi quadam ineuitabili fieri concludens, ac fatali necessitate, quod quia Lutherus opere toto id maxime, & si mihi creditur solũ petit, vt artificio machinæ huius omnem religionem euertat, idcirco idem argumentum opportunis in locis, in pricipio, & medio, calceq; libelli disponit, dum sibi tam occultas insidias in eo collocasse, tam inextricabiles plagas tetẽdisse uidetur, vt nemo non possit incidere, nemo cum inciderit sine magno negotio sese vaaleat explicare. In quo argumento tanta se leuitate iactat, quasi a nemine prius id fuisset vnq̃ animaduersum, sed cęlitus ipsi diuino quodã oraculo demissum. Cum interim in ludo litterario inter prima dialecticorum exercitamẽta, hoc vel in primis puerorum auribus inculcet. Ergo si deus inquit futura pręcognoscit, nimirum futura necessario eueniunt, alioquin deus.

sua prçcognitione,(quod nefas est dictũ) falleretur,deus autem prçcognoscit futura, ex necessitate igitur res omnes eueniunt. Respõdeo Luthere mendose colligis. Nam & deus futura prçcognoscit, & pleraq; futura, contingenter eueniunt,nec protinus error sequitur in cognitione dei. Vt autẽ intelligas,q̃ recte conclusio ista procedat, iam aperte docebo meram esse decipulã,& captionẽ ex intimo sophistarũ artificio deprõptã,dum manifesto sophismate idem eodẽ mõ,ac per dei prçcognitionem concludo. Nõ minus mihi certũ est post factũ,rem fuisse futuram,q̃ ipsi deo,anteq̃ fieret, talis aũt mea cognitio neq; probat,neq; inducit necessitatẽ,ergo ne prçcognitio quidẽ dei. Fac.n.nullam esse dei prçcognitionem,vt vis argumentationis intelligatur,nũc cũ certo scimus exẽpli causa regem Fernãdũ Granatam a Mauris recepisse,quçro a te,vtrum anteq̃ reciperet, hçc enunciatio recipiet Fernandus Granatã, fuerit contingens,an necessaria? Si quoniã sic futurum erat,ẽt deo nesciente erat necessaria, perinde vtiq; fuerit ad futurorũ necessitatem, prçcognoscat deus,an non p̃cognoscat, si contingens, potest nimirum aliter euenire,fac ita esse,nunq̃ igitur recipiet, & tñ recipiet, aliogn

Soluitur argumẽtũ de præcognitione dei

nos,qui nũc recepturũ fuiſſe certo ſcimus falle mur,recipiet igitur & nõ recipiet,quod fieri nõ poteſt,erat ergo neceſſaria. Hunc qui eſt haud dubie paralogiſmus,& eadẽ via eadẽq; ratione idem quod ille de pcognitione dei cõcludit,fac Luthere,quod tibi erit & cuiuis dialectico per facile,vt mihi refellas, & tuis ego verbis, iſtud quod in preſciẽtia dei innitur ſophiſma refuta-bo,vt dubiũ eſſe non poſſit,quin vterq; mani-feſtus ſit paralogiſmus,& precognitio futuro-rum diuina nullã in rebus nec inducat, neq; ar guat neceſſitatem. Nã pfecto nihilo coactius concluditur illo modo,deus rem fore precog-noſcit,res ergo neceſſario erit, quã ſic, res erit, ergo neceſſario erit,quare ſi neſcis Martine,p-cognitio dei non magis eſt cauſa, vt res contin gens eueniat,q̃ mathematicorum, ut luna ver bi cauſa deficiat.Nam quemadmodũ nullius vel affirmatio vel negatio rebus affert muta-tionem,ſic nulla cuiuſpiam cognitio vel igno-ratio rerum peruertit ipſarũ naturã, vt eas red dat ex contingentibus neceſſarias,aut ediuer-ſo. Res enim præcognitæ eodem prorſus modo,quo ſi non præcognoſcantur,eueniunt ſiue contingenter fiant, vt noſtrates, ſiue ne-ceſſario, vt motus cæleſtes. Nec poteſt eſſe

necessitatis futurorum, aliter pręcognitio dei argumentum, q̄ si deus idcirco futura p̄cognoscat, quod sic ordine constanti, & necessaria cō nexarum causarum consecutione, ita cōtineri, ac pręfinitum esse cognoscat, vt chrysippus disserebat, cuius auctoritatem & doctrinam apud te longe plus valere certum habeo Luthere, q̄ sacrarum litterarū decreta, sed istius & cæterorum stoicorum error superiore libro palam & aperte est a nobis refutatus. Itaq; propter dei præcognitionem velle futurorum necessitatem inducere, quasi deus aliter ea scire non possit, q̄ si necessario sint futura, hominū est vim diuinam ignorantium: & intellectui diuino paulo plus, q̄ magno cuidam astrologo tribuentium. Nobis autem, qui Christiani sumus non stoici, vel chrysipæi, dei optimi maximi cognitionem non placet ex consertarum causarum necessaria consecutione pēdere, sed deum futura præcognoscere confitemur, quia ineffabilis est diuina potentia. infinita vis eius intellectus, vt nihil apud ipsum sit præteritum nihil futurum sed cuncta in æternitate præsentia. Sitq; ipsius cognitio, quædam velut præsentium rerum cōsideratio, qua res quæq; pro sua natura contingēter vel necessario propriū munus

munus obire nisi forte cũ vis extrinsecus affer-tur, vt multis in rebus interdũ fieri notamus, tamq̃ oculo diuino perspiciatur, q̃ cõsideratio, nisi deus, cuius nutui vniuersus mũdus, & eius singulę partes obtẽperant, quidq̃ priuatim in naturã seu rem aliquã statuat, nõ magis moti-bus siue naturalibus, siue volũtariis vim facit, q̃ gestibus histrionũ spectatorꝝ in theatro cõtẽ-platio. Quo fit, vt deus neminẽ absq; sua cul-pa dãnare, neminẽ sine aliquo suo merito, qua-lecũq; id esse põt conseruare exẽplo Esau & Ia-cob argui possit, excepto quorũdam gratuito priuilegio, de quo supra memorauimus. Qui vt Esau Iacob minori natu seruiret ob eã rem statuisse videri põt, qm̃ Esau peccata, & officia Iacob tam p̃sentia erant ipsi deo in æternitate post factũ, q̃ anteq̃ vterq; nasceretur. Nã cũ hõ pro libera sua voluntate hoc velit, illud nolit, hoc efficiat, illud ommittat, deus motibus eius cunctis simul in ęternitate spectator, & cogni-tor adest, & ꝑ suis quęq; operibus vel dãnat in supplicia sẽpiterna vel pacta & ꝓmissa fœlici-tate liberaliter ꝓsequitur: quãq̃ male agere to-tum sit ĩprobitatis nostrę, honesta ꝑficere gra-tię dei peculiari plurima ex parte tribuat, non nihil studio nostro, quod & ip̃m tñ deo referi-

mus acceptũ, q̄ nobis ẽ vt ad viciũ, sic ad virtu tẽ liberã largit' volũtatẽ. Atq; ad hũc q̄dẽ modũ paralogismũ, cui p̄cognitio dei occasionẽ sup peditauit, abũde & apte arbitror ẽẽ refutatũ. Quãq̄ deus imortalis est ne quisq̄ tã stupidus a cõi hoium intellectu tam alienus, vt etiã si ca ptiones hmõi cõfutare nesciat, ob eas tñ mani festissimo re𝔯 vsui inducat animũ refragari: & maiorẽ fidem sophista𝔯 p̄stigiis, q̄ cõi sensui hominũ adhiberet: quorũdã, de qbus est apud Aristotelẽ, stultitiã imitatus, qui cũ argumẽta Zenonis acerrime in motum disputantis sol uere nescirent, motũ, quem cunctis fere sensi bus percipiebant, rationibus victi nullum esse confitebantur. In quo Diogenis philosophi fa ctum a prudentissimis viris merita laude vehe menter cõmendatur, qui cũ in freq̃uẽti cõsessu talia Zenone disputãte, se multi victos esse cõ fiterentur, assurgens cœpit coram cunctis in ambulare, & quid ageret a Zenone interroga tus respondisse fertur, an non intelligis Zeno, me argumenta tua deambulãdo refutare: hoc n. vno responso simul Zenoni impudentiã, si mul cæteris stultitiam sapienter exprobrauit, illi quod sustineret captiosis ratiunculis quidq̄ in vsu manifestissima constituere, his quod in

Diogenis prudentissime factum

genioso℞ hominū cōmentis temere se in eā opi nionem induci paterentur, cui sensus oīs repu gnaret. Quod Diogenis prudentissime factum oēs hoīes diligenter in primis imitari censeo. Qui modo veritatis nō adumbratā imaginē, sed solidam, & expressam effigiē in oī quęstiōe naturali, siue mores vel religionem attingente cōquirunt, ne vafrorū hominū captionibus, & pręstigiatorum fraudibus imprudenter capiā tur. Sed hęc prudentia cū sedulo sit nobis cun ctis in rebus adhibenda, nescio tamen, an nusq̄ alias vtilior esse possit, aut magis necessaria, q̄ vbi de fato, & libero arbitrio differitur, siue res inter Philosophos agatur, siue inter Christia nos Theologos, qui simul solent de prædesti natione disputare. Quamobrem Martine huc & illuc te versa, tende omnes versutiæ cal liditatisq; neruos, necte dolos, fraudes para, congere Pauli vel Ioannis q̄libet acute, sed maliciose interpretata loca, vt hominis neq; operam, nec studium quidq̄ facere conclu das ad consequendam fœlicitatem, vt hac persuasione lentos pigrosq; nos reddas ad virtutes capessendas, & ab honestis studio sisq; laboribus ad socordiam voluptatesq; tra ducas, & sic q̄ plurimos habeas socios tuorum

flagitiorum, efficies fortasse, vt tardiores & minus eruditi nesciāt laqueos & decipulas tui sermonis explicare, nec pari orōnis acumine refellere, nūq̄ tñ hoī cuipiā prudēti, & cauto persuadebis, vt magis credat tuis dolis, q̄ simplicibus planis, aptisq; sacrarū litterarū testimoniis, quę hoī libertatē optionemq; tribuunt recte ne, an secus agere velit, vitā an mortē, p̄miū an pœnā malit, qualia multa supra memorauimus, vt illud ecclesiastici (neq; .n. me q̄dā repetere pigebit) capite. xv. Deus ab initio cōstituit hominē & reliquit illū in manu consilii sui, adiecit mandata, & cętera. Et deuteronomii cap. xxx. Testes inuoco hodie cœlū & terrā, quod p̄posuerim vobis vitam & mortē, benedictionē & maledictionē. Elige ergo vitā vt viuas. Et Zach. i. Conuertimini ad me ait dn̄s exercituū, & conuertar ad vos. Et Ionę. iii. conuertat̄ vnusq̄sq; a via sua mala, & pœnitebit me mali, quod cogitaui facere eis, p̄pter maliciā studiorū eorū. Et illa ex nouo testamento, si uis ad vitā ingredi serua mādata. Et alibi. dedit eis potestatem filios dei fieri, vt cętera non minus aperta loca pretereā, quibus est scriptura diuina referta. Adde tot p̄cepta tot adhortatiōes, dehortationesq;, quibus, vt docuimus, nunq̄ deus sacras

Math. xix.
Ioan. iii.

litteras, quas ad hominũ institutioné cõstat eẽ ab spũ sancto exaratas, repleuisset; nisi recte, an secus hoies agant, in ipsorũ esset potestate. Pari ratione si sophisma, quod á dei pręcognitione cũctarũ rerũ necessitaté colligere molit', refellere, q̃q̃ supra est a nobis plane & aperte refutatũ, & iam pridẽ consensu doctissimorũ hominũ reiectũ, si tamẽ ignorantia forte, aut ingenii tarditate huic verbis occurrere, & oratione refutare nescirem, sic tibi Martine responderẽ. Quomodo deus futura præcognoscat nescio, ipsius pcognitio quã vim habeat ignoro, hoc certo scio, pleraq; fieri contingenter, liberã esse hominũ voluntaté, & in quibuscũq; rebus versatur, ęque sese in vtramq; partẽ flectere posse. Rerũ videlicet vsu, ac indubitatis experimẽtis edoctus, cunctorũ sensuum adductus argumẽto, omniũ hominũ doctorũ & indoctorũ iudicio, hoc est lege naturę in eadẽ sententia confirmatus, quia video, si nõ sit vaga liberaq; nostra volunras, esse cunctas leges supuacaneas, quę petẽda, iustaq; pręscribũt, ab oppositis deterrẽt, ac dehortãtur. ludũ esse mortaliũ vitam, & perfectissimũ animaliũ hominé ad ludibriũ esse natũ. Prudẽtię nullũ locũ relinqui. Perire virtutes oẽs, & secũ laudes interimere, nullũq̃

libet turpe facinus crimen esse, nihil quod iu
re valeat vituperari. consultationẽ hominum
esse prorsus inutilem. Postremo deũ & naturã
a quibus frustra nihil effici cõstat, nequidq̃ ho
minibus tribuisse vim consultandi, quã siquis
a natura mortaliũ auferat, is ego non video,
quomodo possit hũanitatẽ in hoĩbus relinq̃re.
Hęc fere mihi pater grauissime in mentẽ vene-
runt, quę de fato & libero arbitrio cõscriberẽ.
In qua quęstiõe disserenda si tibi forte vel lon-
gior aliquanto, vel taxando Luthero concita-
tior visus fuero, illud tribues difficultati, q̃ cũ
maxĩa sit iudicio oĩum in vtraq; philosophia,
sermonis angustias non patit̃, hoc intolerabili
ꝓcacitati Lutheri, quo nemo vnq̃ hęreticus fu
riosius cõtumeliosiusq; in catholicos Christia-
nos est debacchatus, nemo sacras lr̃as æque
impudenter ꝑuertere, nec tam apte Christianã
religionem labefactare tentauit.

FINIS.

Impressum Romę. Anno gratię. M. D. xxvi.
Mense Iunio.

IO.GENESIVS Sepulueda pgraui ad-
modũq; reuerẽdo pr̃i Io. Ruisio Canonico
& Scholastico Cordubẽsi.S.P.D.


ADMONVISTI me pater admodũ, ob
seruãde nõ sine quadã incurię negliẽtięq; meę
exprobratione, vt Ioannẽ Toletanũ Epm Cor
dubẽn. litteris saltem, quando coram non da-
tur, aliquando salutarẽ, fore nãq; meã epistolã
optimo p̃suli nõ iniocundã, q vt ipse diu est in
studio lrarũ cũ laude versatus, sic eorũ collogo
soleat in primis delectari; q a disciplinis nõ ab
horrẽt, nec sinistrã meorũ studiorũ opinionẽ ex
qbusdã meis libellis p̃cepisset. qđ munus tuã
auctoritatẽ secutus, hoc ego libẽtius obiui, qđ
me ad id offm̃ hortabaris, qđ ip̃e iã pridẽ vltro
pręstitisse, nisi me pudor qdã parũ vlꝫ vrbanꝰ
deterruisset, ne parũ pudẽter agere viderer, si
tanti principis grauiores occupationes homo
ipsi alioqn ignotus ineptiore fortassis epistola
interpellarem. Sed hoc pudore per te pruden
tissimum grauissimumq; auctorem liberatus,
vt superioris temporis culpa officio quãtulo-
cũq; maiore cõpensaret, visum mihi est, munus
culũ ei quoddã cõparare, exiguũ illud qdem ac
tenue, sed qđ vtriq; nostrũ haud inepte cõueni
re videat. qđ scilicet mittentis neq; minuat, vt

ſępe ſolet, tenues facultates, ſitq; diligẽtis & co
lentis animi non obſcuriſſimũ indiciũ, rurſuſq;
accipiẽti ipſa ſaltẽ nouitate argumẽtoq; place
re poſſit, ſi paꝝ auctoris ingenio cõmendabit᷑.
Eſt. n. libellus de fato & libero arbitrio ãduer-
ſus dogma nefariũ Martini Lutheri de cũctoꝝ
euentoꝝ neceſſitate a nobis proxĩe tumultua-
ria opa ſubſciſiuis horis elucubratus. dũ ab eo
ſtudio vacaremus, qđ Cle. vii. Pont. Max. vo-
lũtate Ariſtotelis eiuſq; gręcis enarratoribus ĩ
latinũ cõuertẽdis iãpridẽ ĩpẽdimus. Quẽ libel
lũ tibi mitto, vt eũ grauiſſimo & ãpliſſimo pſu
li reddas, & exile munꝰ ita verbis p cętera tua
vrbanitate comitateq; ornes, vt ipi aliqđ eẽ vi
deat᷑. qđ facile aſſeq̃ris, ſi eidẽ (quẽadmodũ ſe
res hẽt) quaſe hoc cũq; eſt, ab eo aĩo, qui ſit vir
tutũ ipſius pcupidus, & laudũ amãtiſſimus p
fectũ eſſe pſuaſeris. Sed qm̃ fuerũt ex nr̃is, qui
mihi opus iã edere moliẽti paulo curioſius oc-
currerẽt, admonẽtes, ẽt atq; ẽt diſpicerẽ, ne nõ
ſatis cõmode locutus eẽ viderer, q in ipſa opis
inſcriptiõe dixerim ad Io. Toletanũ, nõ a Tole
to cõtra receptã hiſpanoꝝ cõſuetudinẽ, & quã
nõnullis huius Illuſtriſſimę familię viris dice-
rẽt eẽ nõ iniocũdã, nihil miꝝ fuerit, ſi ipſe tituli
inſueta ſuis auribus ſcriptione nõ nihil cõmo-
uebitur. Quod ſi vſu venire intellexeris, tuum

erit,q patrociniũ meũ suscepisti, vt sic optimo ꝓsuli meis verbis respõdeas,non ignorasse me, illud plerisq; nostroꝝ, ipi ẽt principũ albanoꝝ familię magis arridere,sed veterẽ latinorum loquendi consuetudinẽ a quibus Cato vticensis nõ ab vtica, Voconius Romanus nõ a Roma, & cęteri eodẽ mõ cognominabant̃, inuẽto ꝓtulisse quorũdã recẽtioꝝ,q nescio studio rerũ nouarũ ducti, an vt a quopiam ipsoꝝ principũ maiorẽ aliquã gratiã inirent nimis curiosa diligentia cõtra sermonis latini rõnẽ discrimẽ, qđ nullum sermo patrius agnoscit,ad claritatem ipius familię a ciuibus qbusq; Toletanis velut lato clauo distinguẽdã excogitarũt. Quibus si hoc tam bellũ videbat̃,cur tandẽ nõ aliud qdpiam insigne adinuenerũt, quo eos excluderẽt (est.n.magna turba)q eodẽ cognomine nũcupant̃,nec tñ in vrbe toleto nati sunt, & longissime absunt a tanta generis nobilitate? Cũ igit̃ istoꝝ inuentũ nulla ex pte ꝓbari possit,nõ solũ quia Barbariẽ in sermonẽ latinũ inducũt,sed ẽt qm̃ quod petũt,ne id qdẽ satis assequũt̃,haud equidẽ me pœnitet veterum & coꝝ eloquẽtiũ viroꝝ exẽplũ fuisse secutũ paꝝ laborantẽ, quid alii idiuersum statuãt q̃libet acute excogitatũ. Vale.Romę postridie Nonas Iunii.

Errata sic corrige.

Folio.vi.a.ver.i.lege eorundēq;.F.vii.a.xxii. vincula. Et b.xxi.ecclesia.Folio.ix.a.ver.xvii.lege applausu.F. xii.b.xxvii.in fine.vacat esse Fo.xix.b.xii.præterfatum præterq; naturam.ver.xviii.Atq;.Et.xx.necessitas.Fo. xxi.a.ver.xx.nihil.Fo.xxiii.a.i.cœlestes.b.xv. Atq;.F. xxiiii.a.xxvi.secūdæ & proximæ.& b.vi.proprietatem Fo.xxxiiii.in.fine,cōcesserint.F.xxxv.a.xii.in quæ.Et xx.æque.Et.xxiiii. necessario. Fo.xxxvi.b.xii. vt diuinus.F.xlvi.b,xviii. præbent .&.xix.admiror .F.xlvii.a xviii.præcipiuntur.&.xxi.humanitate.Fo.xlviii.b.pditissimamq; impudētiā,Et.xxvi. effecisse. Fo.xlix.b.xx. potest.Fo.l.a.ii.officio.Fo.liiii.b.xxiiii.egerint.Fo.lv. b.ix.inquit.&.xxvi.spiritus.Fo.lviii.a.iiii. lecto interpretemur.&.vi. ipsum . Et.xxvi,supra & iuxta.F.lxi. a.xx.Pelagii nimium.&.xxi.mutuatus.&.b.in margine quidquid &.xxiiii.oscitanter.Fo.lxiii.a.v. literarū. Fo.lxv.a.xiii.rerum.In margine. Caput argu. Folio lxvii.a.vi.demonstret.





+ D. Nicolai Angeli [illegible]

[illegible]

Anno [illegible]